Vobis quidem negotium adhuc uberior consumatisq; per exemplarem docen di methodum iterabimur. ¶ Annū Imperatoris CAROLI 1500, scz natalem intuenti, defectus Lunæ accidere posse eodem anno, & quinto Nō uenit eius apparere. Tempus igitur verae oppositionis illuc securor, & 5 diem, 13 horas, 52 minuta Noubris esse reperio. Locum autem Solis 23 ̄ 22 ̄ m. Locum Lunæ verum 23 ̄ 22 ̄ m. Argumentū d verum 5 ̄ 9 ̄ 22 ̄ m 59. Argumentū Solis 5 ̄ 4 ̄ 23 ̄ 29. Argumentū latitudinis d verum, 5 ̄ 11 gra, 24 ̄ m 39. Verum locum 8, 5 ̄ 1 gra, 28 ̄ m 4. Omnia ad defectum necessaria præagiendum, perspicio. His perfectis, in plāno quadam lineas sese orthogonaliter secantes, ut videre corā est, depingo. In præsentia vero Argumentū latitudinis 5 ̄ 11 comperiens, circulum F H iuxta regularē præscriptum in portiones 18 diuidio. Primum punctū prope F cum litera G notans, per etiūdem & centrum A rectam produco: quam tribus quoq; literis C A G inscribo. Argumentū deinde Solis in limbo externo præcedentis figurae qualitum, filiū expressum cum fuerit, mox à filo in circulo umbræ 51 secunda abscondi video, hæcq; scorsum referuo. In eodem postea limbo, externo scz, Argumentū Lunæ verum, Signa vñz 9 gra 22 ̄ m 59, cum filo quoque traducto reperio, quod filum círculos, corporis Lunæ in puncto B, umbræ autem in puncto H scindere animaduero. Filo itaq; sic perferante, circinorum duorum, alterum in A centro figens, in B vñq; extrendendo, eundemq; sic apertum, semidiámetrum Lunæ scz refexente, sepono; alterum in B locans, diducensq; in H, umbræ semidiámetrum cognosco. Quinquaginta vnū secunda prius ex umbræ varietate collecta, refunmo, quibus resumptis, I H lineā in 60 partes difcrenti imaginor, in qua 51 numerans, ab H incipiendo versus I, fini numerato, R litteram addo, circinūq; ab I in R iam contraho, talemq; veram umbræ diametrum continere pronunciō. Circini illius sic inuariati, pedem unum in A plani iam ante dispositi inferens, cum alio circulum describo, eundemq; cum O S Q R litteris noto, & veram umbræ quantitatem, quæ in transitu Lunæ & nō tempore contigit, cognosco. Rursum ab hinc dispositoriū illud nuncupatum ingressum, alterum circini pedem A litteræ defigens, alterum vñq; in Argumentū latitudinis, quod est 5 ̄ 11 gra, 24 ̄ m 31 distado. Diffensionē eandē, plāno cuidam importo, stūlum vñnum circini in A, linea A G, statuens, alium versū G porrectum, cum M litera significo. Prioris nunc circini pro quantitate Lunari prius diducti, pedem alterū M litteræ inferens, perferiam quandam ipsius Lunæ magnitudinem ostendenter, describo. Luna inquam & umbræ discrimen, quanta scz adhuc luceat, & quanta obfcureretur, id quod punctis 10 & minutis 50 ostenditur. Hoc autem ita iudices, ac si tota Lunæ dia metrus, in 12 puncta fundatur, quottus enim illarum partium est numerus, totidem punctis eclipsis fieri dicuntur. Quare res pofsum adum peculiari quadam demonstratione docebitur. Apparet insuper pars ima, horiz. ont inclinans, conspicua seu luminosa, superior autem obscura & tenebrosa. Obiret notis yolo tempis hocce positionis veræ fui defectus medi, nostro, id est, Ingolstadiensi meridianu congruere, subtrahit autem 39 minutis G andauo posse conferri. Verum sed Lunæ quo cursum plenius viderem, quaq; ex parte occultiari cuperit, plane cognoscere, ex puncto M, perpendiculariter erigo, vtrinq; satis producam, indeq; circini Lunæ diametrum referens, pedem in R sistens, cum altero punctum L, & hoc in linea A T signo. Mox è centro A per L vtrinq; circulum qui perpendiculariter a dextro latere in puncto N, in sinistro autem in puncto K contingit, delinio. Punctis autem K & N circinum immittens eum, qui Luna diametrum exprimit, circū N literam circulum describo, principium Lunæ deficientis dantem. Patet enim ubi Luna à terra umbræ obvelari incipiat. Eodem modo alium orbiculum circum K literam finem eclipsis illius significantem, duco. Quo peracto liquet denuo, quomodo Luna à N per M vñq; ad K transferit. ¶ Quicquid autem hucusq; super eclipsi Cæsare dictum fuit, hoc totum in sequenti figura luce clarissimi oculi edocere possunt.

QVOMODO COLOR ECLEIPSIS LVNAE sit præagiendus, Regula vniuersalis.

Quantitate eclipsis perspecta colorem eiusdem dupli ratione, Latitudinis scz & Argumentū veri præagiō. Latitudinem enim siue meridionalis, siue leptontinalis illa sit, in tabula sequenti prima considero, iuxta quam illuc eclipsis colorē ad votum deprehendo.

Vt in

CAESAREVM

Vt in desilio Imperatorio, latitudinem 29 minutorum in tabula resumo, qui tamen numerus, quoniam tabulae non inest, proximum ei 28 videlicet deligo, iuxta colorem scriptum, qui niger & rubens offertur, pro qualito excipio. Argumentum vero in secunda tabula lufranti, color distantia quam efficit Luna cum terra, cognoscitur. Vt in exemplo eodem Imperatorio, vbi Argumentū Lunæ verum Sig: 9 gra: 22 ̄ m 59 obtinet, que Signa, gradius, & minuta per secundam tabulam requiri non integræ, sed Sig: 9 gradus 15 reperiuntur, 22 ergo gradus eō quod 15 sis perant, colorem Griseum designant. Hac exequito reflat colorum mixtura, qua commode petacta, verus eclipsis color conflabitur. Quam rem si absolutius desyderas, colores huiusmodi pictorū mo re commisceto, & rem ob oculos habebis.

PRIMA TABVLA

de Colore eclipsis.

0	
2	
4	
6	
8	
10	
12	
14	
15	
18	
20	
22	
24	Nigerrima,
26	
28	
30	
32	
34	
36	
38	
40	
42	
44	
46	
48	
50	
52	
54	
56	
58	
60	

MINVTA LATITVDINIS LVNAE


SECUNDATABVLA

de Colore eclipsis.

• Signū	0	Ruffa
1 Signa	10	
2 Signa	20	Grisea cum albedine
3 Signa	30	Grisea
4 Signa	40	
5 Signa	50	
6 Signa	60	
7 Signa	70	
8 Signa	80	
9 Signa	90	
10 Signa	100	
11 Signa	110	
12 Signa	120	

SIGNA ET GRADVS ARGUMENTI VERI LVNAE

0	
10	
20	
30	
40	
50	
60	
70	
80	
90	
100	
110	
120	



ASTRONOMICVM

ECLEIPSIS FERDINANDI
in plano figuratio,



Aetenus Imperatoris exemplo proposito Lune transitum insimum, id est, quomodo partem vmbrae inferiorem Luna cōspicua perambulauerit, superā autem sui partem occuluerit. Nunc autē Regio diuersum exponemus, scz qui Luna inferam faciem obscurerit, superiōrē vero luceat, summan vmbram pergrans. Zenith versus inclinata. Adeo per omnia, & a vertice, vt proverbium habet, v̄sp ad calcem huius libri hęc duo Cæsarum exempla, videre fuit, sibi ipsi alteras vices porrigit, ita, vt quodcumq; alteri decesserit, alteri adesset.

Neq; enim quicq; hoc modo intactū seu indicium hucq; de rebus proposito est. Annū 1503 confidēranti, quo natus Rex FERDINANDVS est, deliquit Lunæ nullum offert, nocturnū, quare retro eunti, conceptionis ad diem. Quoniam & hoc temporis cum nativitate compонendum est recte in medio conceptionis & nativitatē temporum, ecl̄psis Lunæ contingere potis, 15 videlicet Octobris die, anni 1502 deprehenditur. Nunc secundum præcepta enunciatorum priorum, veri plenilunij tempus inquirēt, medietas huius defectus, id est, spaciū illud, quo amplissimus efficitur, metetas hora 12, minuto 11 pomeridianis, Ingolstadiensi meridiano conuenienter cuenire liquēbit. Horologio idem Medinensi collaturus, subtrahet horam 1 M 12, & hora 10 M 59, tempus ultimo verificatum prodibit. Hac in operatione.

Luna gradum 1 minuta 32 8.
Sol vero oppositum tenuit.
Argumentum verum Solis, 5° 4' 6" 2 M 12,
Argumentum Lunæ verum 5° 6' 6" 15 M 33,
Verus locus Capitis, 5° 0' 6" 23 M 9,
Argumentum latitudinis verum 5° 0' 6" 10 M 23,
Latitudo Lunæ Minutorum 55 fuit.

Planū modo velut ante paretur, vbi linea orthogonales seceunt in puncto A diuidentes, pingantur. Latitudinis Argumentum Signi nullius cum sit, punctum C ex figura qua vocatur dispositio rium, transferatur hue, lineaq; A C G qua superioris à B dextrorum vergit, producatur. Hinc Solis Argumentum in limbo semidiometrorum extimo quæatur, eidemq; filum, quod in circulo varitate vmbrae, secunda 42 amputat, ea qua seorsim referuanda erunt, superimponatur. Per Lunæ postea argumentum verum idem ducatur filum limbo in extimo, que perseverante immoto, circinus ex centro A tendatur in B, & sic extensus Lunæ semidiameter dicatur. Extensione illa seposita, alter circinus in B fixus, v̄sq; in Q protendatur, quod quidem circini interuum, vmbrae semidiameter esset, nisi adhuc variante vmbram 42 2 prius collecta ostenderent, ea proper Q. R linea in 60 2 secindū, & 42 2 versus R, à Q ordineti, circinus applicari, debent. Ille siquidem circinus vera semidiameter vmbrae voabitur. Ea cum circini intercedente post hac ex centro A plani tui circulus delineatus vmbram terræ, eam qua transiunt Luna tempore, huiusque oppositionis momento fit, declarabit. Argumentum quoq; latitudinis videatur in dispositorio dicto sic. Circinus in A fixus, Argumentum v̄sq; latitudinis porrigitur, interstitium circini plano inferatur, ita. Pedum vnum in A linea A C figatur, secundusq; cū M litera notetur. Postea circinus semidiometrum Lunari conuenienter diductus, resumatur, cuius pes, alter in M fistatur, cunq; altero circulus M P, qui corpus Lunæ representat, circum scribatur, qua facto patet, quemadmodum Luna ab vmbrelari soleat. Circinus insuper in O fixus, punctum versus C signet, cum L litera notandū. Ex M vero deinde perpendicularis surgat, vtrix longiflula. Circinus pede firmato in A vno, cum alio adusq; L prodeat. Distancia illa circulum vtrix ex parte scindentem lineam perpendiculararem in punctis K & M, describat. Circum puncta K & N Lunæ quoq; magnitudo sicut factum est iuxta M punctum exprimitur. His enim peractis ob oculos patet, qualis sit Luna per vmbrae trajectus. Quot punctorum vero sit obumbrae noſcetur diuīsa M P linea 6 in partes, hoc enim facto, quot inter P & O portiones continentur, palā erit. Hoc in plano cui nomen Dispositorio fecimus, eo quod circini operam præparat & disponat, idoneamq; defectibus luminarium plenē exequendis, reddat, lineas quadam parallelas deduximus, ideo vt videoas quomodo Luna variè vmbra permeat. Tamen autem puncta M & K longius, M N vero vicinus quiddam ab ecliptica separari desiderent, ita vt obliquum cum C M A lineam constituant, grauioris tamen negoti foret, quam vt huic loco conueniret hoc prestatre. Cæterum in sequentibus idem cumulatius perfectius suo in loco, quem simulac magis idoneum fuerimus nacti, præstabitur.

Regij

CAESAREVM

REGII DEFECTVS COLOR.


Regij defectus colorem bifariam velut ante Cæsatis condicēs, sed melhunc in modū. Luna qua obtinet latitudinē minutoriū 55 cū his primā ingredēs tabulam, iuxtaq; eadē 55 minuta colorē Griseum vna cū albedine signatū, ecl̄psis colorē esse affirmas. Sed distan- tia quoq; Lunæ a terra consideranda est hic, quanto enim vicinior teluti Luna est tanto appetat atior obscuriorq; id quod in augis oppo- sito existenti accidit, sicut in auge epicycli vera existens, remotissima à terra dicitur. Quocirca Argumentū Lunare perspiciendū. Signorū 6 ē 15 M 33, quod in sectiū tabula requiritum colorē nigru viri- demq; significat. Has ergo duas colorū species mīscēt tibi promi- ptum animaduertere est, quae nam mixta superfit, cuius deliquit pre- lens exitent. Sic ergo omnib; ages deliquorū inueniendis coloribus.

PRIMA TABVLA de Colore ecl̄psitum.

0		Nigerrima.
2		
4		
6		
8		
10		
12		
14		
16		
18		
20		
22		
24		
26		
28		
30		
32		
34		
36		
38		
40		
42		
44		
46		
48		
50		
52		
54		
56		
58		
60		

SECUNDA TABVLA de Colore ecl̄psitum.

0	Signi	0	Ruffa
10		20	Grisea cum albedine
20	3 Signa	30	Grisea cum albedine
30	2 Signa	30	Grisea
40	3 Signa	30	Nigra cum pallore
50	10 Signa	30	Nigra cum rubidine
60	4 Signa	30	Nigra cum viredine
70	5 Signa	30	Nigra cum pallore
80	6 Signa	30	Nigerrima
90	7 Signa	30	Nigra cum viredine
100	8 Signa	30	Nigra cum rubidine
110	9 Signa	30	Nigra cum pallore
120	10 Signa	30	Grisea
130	11 Signa	30	Grisea cum albedine
140	12 Signa	30	Ruffa



ASTRONOMICVM

FIGVRA ECLIPSIS PLANA coronationis Caroli.



Coronatio
GAROLI
Bononiæ
facta.


Ideo itaq; michi iam satis superq; vniuersas eclipsium rationes declarasse, adeo, ut nullam non quilibet per se qua liecum tandem sit forma statim agnoscere, in planisq; depingere oculos queat. Verum adhuc amplius nequid summae fidei deceps quis dicere possit, coronidem, vt dicitur, siue appendice adhuc adiudicere aliquam volumus. Annum coronationis (qua Bononia Italiæ urbe, dubium, an potentia, an omnigena doctrinarum copia præcessens

tiora, celebrata est) nunq; non memorabilem CAROLI Imperatoris R̄omanorum Quinti, annum scz 1530. Hunc per instrumentum lustranti mihi, apparebat & Octobris die defectus Lunæ fieri posse. Relegenti igitur oppositionis momentum. Hora 12 m 31 meridiano Ingolstadiensi quadrans, Bononiensi autem, additis 10 m, (quoniam orientalior tot minutis Bononia est Ingolstadio) offerebatur. Tempore oppositionis vere diebus non æquat oblati, motus insuper eclipsi habendæ necessarii quantiti sunt, quales fuerunt. Verus locus 0 22 g 44 m 17. Verus locus 0 20 g 4 m 17. Argumentum Lunæ verum 0 4 g 15 m 19. Argumentum 0 5 3 g 27 m 18. Plantum ad hanc, seu Papiro, seu ligneum malis, præponens, orthogonales duas in centro A coentes, ergo Argumentum latitudinis principiò vidēs, 0 6 & graduum aliquot, iccirco à puncto T, vt dictum est, lineam rectam M A T vocatā duco. Instrumēto semidiometri, Solis Argumentum, quod est, 0 3 g 27 m 18 cum filo signanti circulus


CAESAREVM

circulus umbras varietate 40 Z ostendit reseranda. Filum deinceps Argumento Lunæ vero, Signis 4 g 15 m 19 supertèsum intercipit circulum areæ migrantis, internum in puncto M, externum in O, Accipienti iam distantiam M à centro instrumenti, vera quantitas semidiometri Lunaris exhibetur. Interuallum vero inter M & O semidiometros umbras, quo tempore Luna transit, dicitur, excepto quod 40 Z prius habita, subtrahere oporteat ab O versus N eunti, id quod eueni in puncto L. Intercapito illa circini iam in plano circulum faciat, qui umbras quantitas cum sit, literis O S R Q inscribatur. Post hæc Argumentum titudinalis distantia sumpto è dispositorio dicto, in planisq; ab A centro incipienti extensa, cum litera M notetur. Corporis Lunæ, semidiometrum qua refert, dimidio resumpta, circulum, A p ex M puncto distinet, illa enim circulus veram Lunæ quantitatem, Lunæ inquam sub umbra contentæ, verè ostendit. Bandem igitur semidiometrum Lunæ ab R versus T, fini L literam apponens, extende. Ex centro vero A per idem L punctum circulus fiat. Perpendicularis istidem è puncto M erigatur, ita, ut circulus ille iam ductus ex A centro perpendiculariter in punctis R & N conrectetur. Ex eisdem punctis R & N circuli Lunæ qualitatatem repræsentantes, describantur, vnde manifestum fit, quando Luna ab N ad M, & ab M usq; in K promoveat, & remouat quiddam in fine quam in principio ab eclipsi distet. Hic vero cum veniat, umbram latissime corpus Lunæ obtegere, dictum vero prius fit, 12 eclipticas saltem esse puncta, idem reperire in praesentia cogimus. Res autem ita se habet. Quoties videatur umbra 12 Lunæ sectiones excedere, metienda est, quorū punctis excesso fiat, proportione Lunaris dimensio seruata. Cum autem praesens figura umbras & partibus superare Lunam doceat, 18 punctorum defectus fieri censendus est. Hoc autem sic intelligitur, non q; Luna tot punctis conserat, sed si tot constaret, eam obnigrari ab umbrâ posse, quæ res in praesenti figura ob oculos ponitur.

FIGVRA EXEMPLARIS SEQVITVR



Quid per
cta celo
telligend



CAESAREVM
ENVNCTIATVM VICESIMVM OCTA.

Cuncta quæ hæc tenus fuere de obscurationibus Lunæ prodita, diuerso à præcedentibus, succinctiori tamen expeditioriç opere exequi.



N prioribus ostensum est, quomodo Lunarium defectuum puncta circuli ope inueniri queant. Illic enim vmbra terræ in piano, corpusq; Lunare super eadem exaratum, puncta oculis manifeste quotquot eclipsis circumscripti, sese exposuerunt. Hic autem in præsenti instrumento quinq; simul circa circini opus omnia, solius dumtaxat vniuersis vñi adhibito, conseq; facilius, promptiusq; dictu liceret. Quorum primum est id, quod iam diximus,

puncta scz defectualia id est, partes obscurationum duodecimas adamusq; contueri. Secundum, quamdui Luna sic obscurata perdatur, id est, per quartas horas, quartu[m] minuta, seu horum alterutrum in tenebris, quod alij moram appellant, verfetur. Tertium quo[rum] horarum & minorutorum spaciū inter eclipsis principium finemq; eiusdem vniuersalem (si modo vniuersalis sit) sive ad medium vñq; intercedat. Quartum in quoniam gradibus & minutis, portione hanc, quæ alias duratio dimidia vocatur (quam videlicet tempus casus, sic enim loquuntur Astronomi, & moræ dimidia coniunctio, constituant) peragat. Quintum est, via vel transitus, id est, linea illa, quam traeatu[s] suo per tenebras Luna efficit, eandem enim præsens quoq; instrumentum, multo confutatiore, quam præcedens ostendet. Hoc itaq; organo fruiterus, verè iam enumerata quinq; si ne dubio deprehensorus qui est, agas primum omnium, vt tempus veræ oppositionis, Solis & Lunæ gradum, Solis Lunæq; Argumēta, Luna nouissimè latitudinem, statu, vt sic loquar, omnia, id est, certis temporibus constituta, colligat. Hæc enim præter, in præsens nullo opus fore sibi crediderit. Quanq; meo quidem iudicio proximior adhuc via sit illa, vt per instrumentum draconibus variegatū, primo de eclipsis eventu, quæ possibilitas alias dicitur, peticulum fiat, eodem qui præcedit die, & illo qui sequitur, pariter examinatis, vetis enim vñtrorumq; diuturnis locis, meridianis scz cognitis, locis inquam Solis & Lunæ, neminem fugere puto, quas intra meridiades oppositio proposita sese insinuat. Hac re ad vngu[m] sic animaduerfa, motus deinde Luminarium diurnos meridiab; abtrahit, sumptos collige, per motus diurnos postea horam oppositionis veræ enumertiæ 26 auxilio, vel alia, qua doctus es ratione, venare. Hora veræ oppositionis agnita, Solis Lunæq; loca certa per Signa, gradus & minuta inquire, Argumentumq; verum Lunare ex eisdem una cum latitudine Lunari, Solis itidem Argumentum verum lufra, His collectis, nihil in vniuersum operaturo defuerit, tandem nihil Solaris Lunari loco, his opus sit, præter Argumenta Solis & Lunæ, Latitudinemq; eiudem consideratā. Argumentum Luna & Solis habitis, latitudineq; eiusdem, mox in superiori limbo à B versus C Signa, gradus & minuta Argumentum Solaris, si minus est o Signis, si vero maius, in interiori limbo à C versus B inquire, Argumentum Solaris loco inuenitum filum impone, immobileq; sic retine. Post haec Signa gradusq; Argumenti Lunaris in linea F G vel D E venare. Filum mox ex puncto S vñ cum margarita super Argumentum Lunaris locum in linea F G vel D E rectificata, circunducens eundem, quoad margarita Solaris Argumentum filum tangat, tactum illum cum altera margarita, in filo A pendente signato, inuariataq; margaritam A custodi.

Jam, an Luna obscurata sit, & per quorū puncta obumbratio fiat siccire laboras, age filum A super minuta latitudinis arcus H I, & margarita in H I N area indicat quorū punctis & minutis Luna obscuratio fiat, Margarita si Aream nigram illabitur, vniuersalis defectus prædicti potest, licut etiā tanto vniuersali maior, quanto pro funditus in fidei.

Minuta insuper Latitudinis dicitur, in arcu I K cum filo A non ta, quod dum sit, horas minutaq; dimidia Lunaris moræ in area I K O P margarita ostendit.

Filum deinde vbi est latitudini Lunæ superpositum in arcu K L tum in area K L P Q minuta abvniione secta, si qua horam vñtra sunt elata, vel minuta tantum, totalem vñq; ad obscurationem, si modo totalis fiat, apparent. Verum si non totalis sit, interim tamen ab initio medium vñq; eclipsis, eadem cum minutis, vel minuta tantu[m] (que ambo, vt vocant, tempus casus sunt) ostenduntur.

Margarita si incidit aream K P T V, tunc tempus casus ho[r]e vñius minutorumq; aliquot semper videtur. Quod si margarita lineam vñtra T V, versus L Q porrigitur, tunc minuta tantummodo per Ziffas signata, indicat.

Motus Luna tempore dimidia durationis sic cognoscitur Latitudinis minuta in arcu L M perquiruntur, quæstis filum superponit, quo superposito margarita in area L M Q R minuta motus Lunæ quotcumq; à principio defectus vñq; ad medium eiusdem peregit

ASTRONOMICVM

gerit (dimidia autem duratio tempus hoc dicitur) manifestissimè oculis exponit. Illud iam in generis propositum omne, specialius exempla elucidabunt. Repetitum est identidem hæc tenus, Diuum CAROLVM anno 1500 genitum esse, visus insuper CAROLVS ciuidem anni dies 5 Nonembri defectus possibilitem in se contigit, quæ res tametis satis superq; manifestata sit, adhuc tamen enucleatus cendens repeteremus. Antea demonstrata est ratio duplex, per quam & horæ & minuta oppositionis cuiuslibet haberi poterat, Vna quæ ex moto diurno, eo tamen duplicit, id est, duorum diem id praeficit. Altera per instrumentum coniunctionibus oppositionibusq; deputatum, suo in loco & enuntiato idem perdocuit. Præterea latitudine Lunæ inuenienda ceu sit, non modo oppositionis, verum etiā omnitempore, loco Lunæ vero, capitulo draconis præhabito, doctus es. Hoc vero in loco adhuc opus est Solis & Lunæ Argumentis ad vñguem æquatis, & latitudine lunari, quæ tria si habeas, omnia te habeas rescas, quibus cū si cetera absoluens ciuimodi ordine sunt obvoluta.


Tempus oppositionis, Dies 5 Horæ 13 m 52 Nonembri tempore æquato.

- ¶ Locus O verus, 23 gradus 22 m 39
- ¶ Locus D Verus, 23 gradus 22 m 39
- ¶ Argumentum O, 5° 4' 6" 23 m 29
- ¶ Argumentum D Verum, 5° 9' 9" 22 m 59
- ¶ Argumentum latitudinis D, 5° 11' 6" 24 m 39
- ¶ Verus locus O, 5° 3' 6" 28 m 41
- ¶ Latitudo D Minuta 29.

Argumento Solari, Lunaticq; similiter latitudine Lunæ perspectis iamq; ad manum paratis, instrumentum sequens accede, & Argumentum primo Lunare verum, quod est, Signorum 9 6 22 m 59 in linea D E, suspensorio Armile contiguo, querito, inuenio filum S, quod vicinum litera A est, superintende, & margarita. Argumento Lunæ iam enumerato applica, Alterum deinde filum ex A puncto demissum, Argumento Solari, 5° 4' 6" 23 m 39 in arcu B C superpone, quod sic immotum sinistra retinet, dextra vero filum S circunducto paululum, & videbis illud in C puncto, filum A dirimere, quem in locum margarita fili A ponitur, & sic margaritam pro vñi rexeris. Post hac in arcu H I Lunari latitudinis minuta, quæ sunt 29 numeris, numeratis filum A superpone quod superpositum in area N H I O puncta 10 in quorū Luna obscurovatur. C autem totius corporis Lunæ partes sunt offendit, idem vero punctis, cum C quoq; litera notus est. Tempus Lunæ tenebris inclusa, quod moram dicunt, hoc in loco querendum non est, cum puncta 12 vñio nondum plenè assequatur. Esto autem, vt quis per oblationem moræ tempus venetur, superq; 29 minuta in arcu I K filum extenda, nullum tamen tempus moræ occurrit, margarita extra lineam tempus hocce significantem lata, cuiusmodi quidam hoc loci C punctus referit in linea K P scriptus, planè enim iā vacat, nec vñllam moram, vt ob oculos est, indicat. ¶ Filo autem 29 minutis in arcu K L inducito, vñio horam 3 minuta 35 offendit, id quod tempus casus (et quia defectus hic mora caret) dimidia etiā duratio vocatur. Quoties autem margarita aream K P T V inciderit, sciendum est perpetuo vñam horam addendum minutis, quæ hora subinde cum Ziffa 3 additur. Postremo filum quoq; in arcu L M 29 minutis infer, & margaritam 49 minuta, eadem cum C coram notata, videbis absindere tempus scz quod à principio vñq; ad medium deliq[ui] Luna perfecitur. Iam si durationem medianam eclipsis, medio surripis, principium defectus, hora 12 m 17 relinquatur. Quod si totidem, id est, dimidiā durationem, principio defectus adieceris, finem eiusdem, qui est, 15 horæ 27 m habetur. Hoc igitur modo, omnia in defectu cognoscenda quæ sunt, consumatis, & noueris.

Exemplū aliud. Eclipsis illa quæ sub tempore, quo FERDINAN DVS Rex dimidiā in vñro morauit, transegerat, accidit anno 1502, die Octobris 15, hora 12 m 11 post metidem, Ingolstadii dienii horologio quadrans, meridianu[m] Medinensi conuens, ad horam 10 m 23, medio scz evuentis tempore intelligendu[m], hæc vi se est. Locus hic Luna verus erat, 3 gra: 32 m 39. Locus O gra: 1 mi: 32 m. Argumentum O 5° 4' 6" 22 m 59. Argumentum D verum Sig: 6 gra: 15 mi: 33. Verus locus O Sig: 0 gra: 21 mi: 19 Argumentum latitudinis D Sig: 0 gra: 10 mi: 23. Latitudo D mi: 55 Septentrionalis. Hac vñb[us] collegitis, principio Solis Argumentum in arcu B C, Luna vero in linea D E lufra, secundum hæc enim duo, vñio ordinatus punctui R innatur. Nunc cum filo & margarita si, vt prius demonstrati, est, agas, singula cum litera R signata sese, huiusmodi vt subscribuntur, tam in horis quam minutis, expressa offerent.

- ¶ Puncta ecliptica 3 quasi,
- ¶ Mora media non est, quia partialis,
- ¶ Tempus Casus minuta 56
- ¶ Dimidia duratio, hora 3 minuta 52
- ¶ Motus Lunæ tempore dimidiæ durationis mi: 34



ASTRO·CAESA·

ECLEIPSSES CAROLI & FER
DINANDI Cæsarum.



OC etiam in loco Quo modo viam Lunæ depingas, alter q̄ antea docere placet. Figuram defectum simulacrum corporis Lunæ nare in plā no descripsit.

& in eadem Lunaris Argumentum latitudinis, quod distantiam representat Lunæ ab umbræ centro, (maximo videlicet eclipsis tempore) existentem, quæ & medium eclipsis dicitur, cum M litera designatur, mox motum Lunæ, quem tempore dimidiat durationis absolvit, ab Argumento latitudinis demes, Signa gra. & M ex subtractione relicta, rursus in dispositorio quefito, cum puncto quodam signabis. Inter uallum deinde puncti huic a centro dispositoriū cum circino acceptum, umbræ super linea A M L in centro incipiens, inferes, quod ab M, quacunq; siue centrum verius, fuit ab illo cedent c scribes, ex quo rectam lineam dextrorum M N lineæ parallelam, ubi duxeris, contactum eiusdem cum L N circulo, X littera signa, illuc enim centrum Lunaris corporis est, quod defectus incipientis momento fuit. Deinde motum D, quem duratio nis dimidiat tempore habet, Argumento latitudinari defectus medi, iunge. Quo facto, latitudinis Argumentum fini defectus etiā congruens surget. Illud ipsum Argumentū in Dispositorio quoq; examina, eiusq; intercapitatem in lineam A M L, circini officio transpone, & candem cum d puncto nota. Inde lineam rectam M K lineæ æquidistantem sinistrorum trahē, intersectionem eiusdem cum circulo L K, cum V litera (centrum enim Lunæ est, quod fini defectus debetur) affixa. Tam circulos circa V & X si describis, circumscriptione legitima, V vero & X litteras recta connectis linea, verisimum Lunæ per umbras trajectum efficis. Puncta etiā illa duo c & d facilius hunc in modum consequeris, gradum quemcunq; vnum aliquem in dispositoriū elige, in quo totidem minuta, quot in Lunæ motu dimidiat durationis tempore sunt, numera, secundum tot minuta pedes circini extende. Circini deinde sic inuariati, pedem vnum in M siste, alii duo utrinq; puncta signa, quorū alterum cum c, alterum cum d nota, ē quibus duobus pūctis ita præparatis, iuxta prius dicta, parallela ducenda sunt &c.


Argu: lati: D in Exemplo Imperatoris.

- ¶ In prin: eclipsi 5° 11' G 24 mi: 10
- ¶ In Medio eclsp: 5° 11' G 24 mi: 32
- ¶ In fine eclipsi 5° 11' G 25 mi. 8
- Motus Lunæ minutorum 29

Argu: lati: D in exemplo Regis;

- ¶ In princ: eclipsi 5° 0 gr: 9 mi 128
- ¶ In Medio eclsp. 5° 0 gr. 10 mi. 23
- ¶ In fine eclipsi 5° 0 gr: 11 mi. 18
- Motus Lunæ minutorum 55

Paradigma



ASTRONOMICVM
PARADIGMA TERTIVM



PARADIGMA TERTIVM,
Lunaris deliqui est, Anno 1530 facti / quando Cæsarea CAROLO Corona Bononiae impolita, Regia vero maiestas, FERDÌNANDO Aquisgranii delata est, Rhomani ambo Imperii insignia, fratribus his Imperatoribus dignissima: Hoc deliquum si nuper tradita ratione tractare malis, & transitum Lunæ per tenebras, via nuper ostensa, discere, ceteraque que in defectu considerantur, adamassim cognoscere velis, hæc subscripta tibi propone, qualia sunt.

¶ Argumentum Solis Sig: 3 gra. 27 mi. 18
¶ Argumentum Verū Sig: 4 gra. 15 mi. 19
¶ Latitudo Lunæ minutorum 14

Pro Solis igitur & Lunæ Argumentis, margaritam si direxeris, viamq; Luna recta linea, ut dictum est, iam expresseris, latitudinis Lunaris auxilio omnia hæc subiuncta reperies.

¶ Puncta ecliptica 16 mi. 36
¶ Moram medianam minutorum 44
¶ Tempuscausus Ho: 1 mi: 8
¶ Dimidiad durationem Ho: 1 mi: 52
¶ Motum Lunæ minutorum 64

CAESAREVM


HVIJS ECLIPSIS



HANC



SVME IMAGINEM



3 III

CAESAREVM



Darius ab Ale
xandro debel
latus secun
dū Alfonsum.

Erum quod in superioribus dixerim, eclēpsim nullam in Iunio reperiri, nisi post Eusebium anno, illud sic iudicес volo. Duodecimo post bellū Per sicut anno, Eusebio authore, Christi tempora versus, Luna quidem deliq̄uum punctorum & vigintiquā minitorum, 18 Iunij, hora 11 M 32, post meridiem accidit. Alfonsum vero eundem annum Darij superata ab Alexandro terminum in suis etis statuisse, id quod liquet, vel hoc Argumēto, quod ab Alexandri obitu ad Christum annos 311 & 93 dies elapsos aferat. Alexander autem, quoniam 5 ante mortem suam anno, sicut historia vnamiter assentunt, Darij deuicit, quinq̄ 311 connumerant, 316 redundant. Tertidem ergo anni Christi prioribus & completis, iuxta Alfonsum, Darius ab Alexandre debellatus est. Sed duodecim anni hi, sunt sequentes & Christi propinquiores, illoq̄ quem Eusebius statuit computo posteriores. Nō uenit autem annis ad Christum Alfonius magis ac ego accedit. Sed quæso cui nam horum potius fidas? Alfonlo ne? verum hic sua computationis rationem nullibi manifestam producit. Eusebii ne? qui historias tam accurata sequela connectit, vt incredibile sit cum posse tot annis, nimirum 12 falli, tribus tamen annis idem Eusebius quoq̄ excidit, quos per incuriam omisso, vt veri simile est, ego dubio procul omni recte cognoui. Proxima enim eclēpsis est nostra Eusebii, cum historiæ tentur, Darij eclēpsis tempore in Iunio deuictum. Quamvis autem Eusebius computator accuratisissimus extiterit, nihilominus tamen ab anno vero lapsus est, cum neq̄ illo quem Darij capti annum autumat, neq̄ in duobus sequentibus sed tertio, quem nos cognomimus, deliquium in Iunio eveniat. Sed esto videar Eusebium his velle ab erroribus vindicare curiosius, Alfonso tamen nihil quidquam detractum per ea, quis putet, propterea quod sūt computi rationem nulquam alleget. Illud, siquidem à nullo vñquam exactum iti prævidit, satis tutum ratus, si in hoc Ptolomeum sibi ducem præstiteret, eundem quoq̄ rationes suas ab Alexandri Magni obitu numerantem. Mos enim gentibus fuit regum suorum tempora iam defunctorum obseruare, non aliter


ASTRONOMICVM

aliter, quam nos à Salvatore Christo nato annos metimus. Subinde enim 403 annos post Alexandri mortem in suarum usq̄ obseruationum tempora, quæ post Salvatoris nostri nativitatem 152 anno ceperant, Ptolomeus teria magna sua constructionis dictio ne numerare videtur. Vnde satis clarum est, Alfonsum pariter à morte Alexandri, quæ 311 ante Christum memorata est, rationes suas vna cum Ptolomeo deduxisse. Ptolomeum vero si hoc in loco imitari volūmus, sicut certe velle dehēmus, cuius circa dubium suppūtatio vera est, tanq̄ illius, qui ob certitudinem anni (quia non ita longo tempore post Alexandrum vixit) & proper obseruationis diligentiam, (in hunc enim temporis fontem sive originem cetera omnia tempora direxit) falli neutriū potuerit. Hunc inquit, si imitari volūmus, quid n̄ Alfonus quoq̄ sequendus est? Sed hic quid agas tertio post Eusebium anno? in quo pariter eclēpsis Luna nulla ex parte, priori alioq̄ tempore facta, diffinis reperitur. Eiusdēcūm est magnitudinis omnino, (quemadmodū & præcedēs & sequens figura ostendit) cuius illa, quæ Alfonsi annum incidit, nec non eodem tempore contingens est. Verum rem utrū se habeat, iudicare longius definio, cum instituti præsentis non sit, historias ad plenum emendare, sed viam tantummodo aliquam ad illud conficiendum, indicare, & præstiterere. Olim, si Deus vitam concederet, historias ex integrō retractaturi, eclēpsiumq; rationibus verē firmatus sumus, vbi & hanc, & alias iterabimus. Ad propositum igitur reuertamur.

Supputatio huius Eclēpsis.

- ¶ Anno cur: ante Christum 317 bisextili.
- ¶ Dies 18 Iunij hor: 11 M 30 in merid: Gangameli.
- ¶ Motus 2 45 M 20 Z.
- ¶ Tempus Causis hora 1 M 23.
- ¶ Puncta eclēptica 6 M 20.
- ¶ Verus locus ☽ 22 M 31 II D in Z.
- ¶ Argumentum ☽ 5 0 ☽ 15 M 33.
- ¶ Argumentum ☽ Verum 5 8 ☽ 12 M 20.
- ¶ Argumentum lati: ☽ 5 11 ☽ 22 M 7.
- ¶ Latitudo 5 mi; 41 Z 27.

Enunciatio



CAESAREVM
ENVNCTIATVM TRICESIMVM.

Historicos errores per obscuratae Lunae paradigma aliud, Christi tempora praecedens videlicet, euidentius ad huc diuidicare.



Liuuius uno die segni eclipsis S. Galli tradit atque eueniunt.

Perseus regna re caput annis ante Christum 175 secundum Eusebium.


Manifesto cōtūnatur Eusebius sepiē annū in regno Persei afferendo deuiare.

A STRONO MICVM

nosq̄ (annum autem natuitatis connumerare oportet) & præterea, Decembrem, Nouembrem, Octobtem menses, vñq̄ ad Septemb̄ tertium diem retrosum abiens adieceris, tum annum verum exitus Persei tebēs. Huiusmodi autem temporis ratiotinatio, minime genitum responsum hīs est, qui annales historiarum successus ostendere nituntur, dum in yrbe condita, non parum, vt dixi, difſentiunt. Prefens exemplum intellecturi, annum principiō 165, in quo Perseus cecidit, secundum Eusebium proponamus. Ille enim fit nec ne Perseus iusta verus, hac ratione non fugiet nos. A centenario maiore 200 sub Eusebium deducimus 165, & reliquuntur 35. Radicem nunc ♂ ☽ & ☽ pitur anno 165 ad annum 200, que est dierum 14 horarum 18 minutorum 20 te Christum. Radicem itidem coniunctionis ♂ & ☽, que habet dies 8 Horas 165. 10 mi: 50 infimcūs. Indices X & Z in instrumento draconis super easdem radices deducimus. Similiter V & Y annuatim, donec oppositio aliqua in Capite vel Cauda eueniens occurrat, promovemus. Illud autem in secundo tertio vel quarto Septemb̄ dies bus contingere debet. Neq̄ vero annus, ita agentibus nobis, præter 29 post hunc alias quifquam obuenit, qui horū dierum aliquā eclipsis habent. Viginti nouem ergo annis ab 200 sublati, 171 restant, quibus si menses reliquos, vñq̄ ad tertium diem Septemb̄ retro euntes adiicimus, verum eclipsis annum prouinciam. Quinimo, si 20 aut 30 Annos, ultra citraq̄ examines studioſissimè, nunquam tamē Luna defectum eundem ad diem fieri repeteris. Ad diem dico signatè, noctem etiam includens, Luna namq; vt dictum est, interdiu defectum patinon dicitur. Post radicem ergo annorum 200, oppositionem medianam anni 29 quārens in tertio, dies duos horas 17 mi: 5 offendis, Interveram & medium oppositio nem, horas 4 mi: 25 subtrahenda vides, illisq̄ subtractis, horas 12 mi 45, tempus verā oppositionis remanere cernis. Reliqua ad eclipsis qua desiderantur, hæc sunt.

¶ Locus ☽ verus	Sig: 11 gra. 6 Mi. 38.
¶ Locus ♂ verus	Sig: 11 gra. 11 Mi. 49
¶ Argumentum ☽	Sig: 3 gra. 0 Mi. 33
¶ Argumentū lati, ☽	Sig: 11 gra. 24 Mi. 50
¶ Aux ☽	Sig: 2 gra. 8 Mi. 30
¶ Argumentū Medium	Sig: 6 gra. 4 Mi. 13
¶ Argumentū ☽ Verum	Sig: 6 gra. 3 Mi. 28
¶ Latitudo ☽	Mi. 27 Meridionalis ascen-
¶ Variatio umbrae	Z 26

Ex his



ASTRONOMICVM

Ex his deliquium inuestiganti, ceu præceptum est, eadem qua infra
subscribitur forma se offert, quæ repræsentat.

- ¶ Puncta 12 M 30.
- ¶ Dimidiam quoq; Moram M 15.
- ¶ Tempus catus horam 1 M 28.
- ¶ Motum > dimidiæ durationis tempore M 63.
- ¶ Dimidiam durationem Hor: 1 M 44.
- ¶ Principium eclipsis Hor: 10 M 57 post meridi-
- ¶ Medium Eclipsis Hor: 12 M 41.
- ¶ Finem eclipsis Hor: 2 M 25 post medium noctis;

Tempus veræ oppositiōis postremo, Macedonicum ad meridianū ¶ Persicō scz in codem debellato referendum fore, nisi in Samotracia idem captus esset, quapropter Samothracio meridiano vti quoq; maluum. Exregionum itaq; tabula, horam 1 M 32 reperta, vte
rae oppositionis temporis Ingolstadtano addentibus, Horas 14 M 13 pomeridiana, quæ furent medium eclipsis tempus Samothraticus, probidunt. Ex his vtq; liquet, sex annis Eusebii in afferenda Persei captiuitate & Macedonicī Imperij fine, tardiorē esse. Quod vero Liuius dicit eclipsis hanc conspectam à secunda noctis hora, quartam vfg esse, putandum est, non ita exacte numeratas, hoc in loco horas à solis occasu incipienti Liui, sed à crepusculo vterius, sicut erit per penes vulgum, cuius opinione mortales. se imitatus est, & pretermissi milites, quorum obseruator po-
tor in cæde quam celo, mens intentior pilo quam po-
lo, contemplatioq; absorptio in arcis quam astris po-
sita est. Quo circa, quod negligenter militari co-
missum hic esse reor, nihil nos moueat pe-
nitius, sed potius horam 12, certe
te fuit, cum minutis 29, pro
deliqui principio de-
summamus.

HISTORIAE DEPRAVATAE EXEM

plum adhuc aliud è Plutarcho sumptum,



PLUTARCHVS IN VITA
Nicias ducis Atheniensium tradit, Ni-
ciam iam à Syracusanis, quos aliquan-
di oppugnarat, quodammodo circumstetum, nocte cum suis abitum destina-
rit, nimirum 43 antequā caperetur die
vna cum Demophene, sicut ex historia
colligere est. Verum hic forte fortuna
eadem nocte Lunam deficeret contigisse,
indeq; vehementius adeo Nicias
omnesq; milites turbatos, cum propter
causa ignorantia, grande aliquod ma-
lum sibi portendi veterentur. Anaxagoras enim tunc temporis pri-
mum caperat de Luna moribus vera tradere, que vulgo adhucigno-
ta erant &c. Sed hac Luna obscuratio, quoniam tempore euenerit,
inquietum restat, hoc enim est quod instituimus. Eusebii in cro-
nicis suis bellum hoc gestum esse scribit anno mundi 4782, hic nu-
merus annum ante Christi incarnationē 417 fuisse demonstrat, siue
olimpia 90 mæ, annum secundum, quod nequaq; se ita habere, res
ipsa ostendit, verum anno post hunc tertio, 414 scz ante Christum
labente nec dum plenō die Septembri 8, quando non ita multo post
occasum Luna per quartam sui partem, id est, ad puncta tria umbra
ta est, mox post ortum suum. Annus Eusebii defectum nullum conti-
nit, neq; etiam posteriores aliquot, neq; priores illo, adeo, ut alius pre-
ter hunc nostrū esse nullus queat. Memini præterea Plutarchus Ni-
cias paulopoffa à Syracusanis iuxta fluvium Alinārum capti, his ver-
bis. Erat dies 24, tuis mensis, quem illi Carnium, Athenienses μετα-
γνωνα vocant, latinis vero Maium arbitrii appellari. Hoc in loco
me verbosiore esse cogit Plutarchi interpres, dum bis in præsentia
impingit grauita, paterna & ad textum nihil pertinientia ingenerat, que
proprietum nostrum, nisi confutent, cuertant maximè. ¶ Primus
itaq; error est in hoc, vbi dicitur, Erat dies vicelimus quartus mēsis &c, vbi legendum vicelimus septimus, minime autē vicelimus quartus, grę
cum enim exemplar per περιάρχειον φύσιν, quartum quidem signifi-
cat, sed cum qui ante finem mensis est diem, Athenienses enim decenos
quolibet & ultimos dies cuiuscunq; mensis (in tres enim decurias om-
ni mensē distribuerunt) retro numerare soliti sunt, φύσιν θέτε, id
est, deficientis, Luna nimirum vel mensis appellantes, sic ultima dies
περιάρχειον, id est vetus & noua, penultima περιάρχειον, id est, secunda defi-
cientis, antepenultima περιάρχειον, id est tertia, pro antepenultima περιάρχειον, id
est quarta φύσιν τον dicebatur. Vnde constat περιάρχης φύσιν θέτε,

quam

CAESAREVM

quam Plutarchus' περιάρχης vocat, vicecum septimum, non vicecum quartum, mensis dicti est. ¶ Secundus error vbi dicitur, Latinis ve-
ro Maium appellari arbitror. Illa enim verba Plutarchi non sunt, sed
comentū omnino translatum, institutioq; nostro, si concedamus, ad-
uersum. Quæ autem translatore illum causa impulerit cur Me-
thagitnionem Maium vocaret, meo iudicio est ista. Aristoteles li-
bro sexto de historia animalium scribit, vrsos coitē mente Elaphibolo
lione, ferre autē veterum diebus 30, post partum vero mensē tertio, ve-
re iam existente (si enim verba sonant, περιάρχης θέτε) ē specū prodire.
Plinius item libro naturalis historie octauo, capite 36 refert, vrsos
coitus hyemis initio fieri, partus autem 30 die. Sitraq; coēunt vris
hyemis initio, vt scribit Plinius, oportet ut mensis Ελαφιβολίων sit hy-
bernorum primus autem hyemis initium, quare si Aristotelē Plinioq;
audiens, omnes ordinatum mensis Graiorum examinas, Elaphibolio
nemq; ordine non repertum Decembri latino, qui & ipse principium
hyemis est, confers, Hecatambonem Aprili, Methagitnionē Maiū,
coincide necesse est. Verum ista mentium gracorum scz cum lati-
nis collatione, interpres vris est, perinde atq; nostro tempore bellum
hoc gestū foret. Nostro enim æuo Sol Capricorni singreditur (yn-
de verum hyemis initium computamus) decimo Decembri die,
quamobrem interpres nonum græcorum mensē Elaphibolionā
Decembri, Münchiona Ianuario, Thargiliona Februario, Scirrho-
phoria Martis cœtilū &c. Atqui lōge aliud erat Aristotelis siue bel-
li tempore, quod id est, ac præsentia estimare. Belli nāq; siue Aristotelis
quod fere id est, Sol Capricorni introit, nō in decimo, sed vi
timis Decembri diebus. Ita potius pro anni exordio Ianuarius erat
eligendus, ελαφιβολίων, dicendus. Quod si fecisset, videre poterat
anni Attici principiū in lunā vfg proferti. Præterea si confide-
raset Athenienses auspicari annos in nouilium saltem, indeq; fie-
ri, (sicut & belli tempore euenit) vt interdum anni origo in Iulium
vfg prograderet, facile intellexisset Methagitnionā mensē secun-
dum Augusto Septembriq; coincidere posse. Quid quod Aristote-
les illud ipsū astruit, libro de animalium historia octauo, vbi de
ceruis tractat, quos palam testatur mensē Boidromione & Mem-
etirione coitus celebrare. Hoc autem fit nobis in Septembribus initio
Sole iam decimū quintū Virginis gradum, iuxta stellam que
Leonis cauda dicitur, occupante. Sed Aristotelis auctum confide-
ravit, apparet circa Septembribus medium fere factum esse, cum Sol pri-
mum virginis gradum in Septembribus initio teneret, & ideo Boidromo-
nem mensē viterius quiddam, imò ex Septembre in Octobrem
vfg prorogatum esse, similiq; ratione methagitnionā mensē in Au-
gusto cæpum, in Septembri denum finisse. Præterea Plutarchum
innuissit Methagitnionā nomine Septembrem, tam clarū est, vt assi-
tione non egeat alia, nisi vt ciudem verba trutinentur sincerius, in
quit enim. Tunc quando Nicias abitum pararet sue profectionis,
causam proposuisti hanc maximam, quod videlicet Autumnus inci-
piens grauaret iam, aetq; subinde corruptior, pestem (moribantur
enim iam tum non pauci militum) præsentameam inuheret, imò
post pauca subiungit author idem. Siquidem cum esent relicti, scz
post stragam, in loco depresso, & ante rot, & sub dio prius in Sole
& æstu deficiebant. Dehinc superueniente autumnalium noctium
gelu, ipsa mutatione contrariorum valetudinem contrahebant &c.
Adde quod Thucidides historia græca accuratissimus scriptor, id
cum Plutarcho super hoc bello, quod Thucidide viuo gestum est,
sentiatis. Cuius verba, ne forte quis fucum putet, subiunxi. Cum
enim de Nicia iam fugiente, & iuxta collē Lepada obfessum lo-
quitur, libro Peloponēsiaci bellī, septimo, sub finem fere, in hac ver-
ba excurrit. Verum cum à tot viris ē loco eminenti ferirentur, fa-
cilius enim superne tela vibrabantur, nec possent pertrumpere, retro
se receperat, atq; quieuerat, cum præserit extiterent tonitrua, pari-
ter & imbre, qualis anni tempore in autumnū vergente fieri confluence-
re. Vnde exerit sūt, & eo vehementius, quod existimaret in sūt exi-
tū ista omnia fieri &c. Quibus dicitis, quid manifestius est bellī
tempus Autumnale, vt Plutarchus quoq; afferit, fuisse asseuerantis
bus? Satis ergo coniūctum arbitror, hoc loco, non Maium per Me-
thagitnionē acipi, sed Septembrem verius oportere. Quando
vero scribitur Nicias vicelimo septimo die captum esse, factum id
conjectur decimo tertio post eclipsis die. Athenienses enī, vt in-
fra paulum copiosius dicitur, mensū suorum dies, iuxta Lunā
ætates numerare soliti sunt. Præterea μεταγνωνα mensis secun-
dus Atticis fuit, vnde cuius promptum intelligere, principium an-
ni illius, proxima post æstivum Solstitium coniunctione inchoa-
se, eo enim tempore Solstitium æstivum ultimus Lunū vel primus Lu-
nū dies contrinebat. Autumni vero principium ingressus Solis in Li-
bram penultimam die confluit. Cum ergo eclipsis illa
prefens Autumni exordio vicina extiterit, octauo enim Septem-
bris visa est, à quo die retro adhuc 15 si numeres Methagitnionā
principium habebis, à quo adhuc 30 diebus retrogradius
ingressus æstivus mensis, id est, primi caput, quod est 26 Iulii dies of-
fenditur. Ea autem die Nouilium primum, Solstitium æstivale fe-
quens, fieri solitum est. Iam si in Methagitnionā mensē numeren-
tur 27 quo Nicias se dedidit, dies idem est 20 Septembri de-
prehendetur. Postremo Athénicos mensū suorum numeros

Arguitur Plu-
tarci interps
secundo.

Quale Atheni-
enses anni pri-
ncipium conſi-
tuerint, ex Ari-
stotele collig-
it

Per Metagiti-
nionē plutar-
chon Maius
sed September
intelligendus.

Eusebii error
define Mac-
donici Imperii
satuitus.

Quomodo Li-
tus intelligen-
dus de horis
eclipsi.

Mens Nica-
e obclispum vi-
uum.

Quando belli
Nicas gestum
fit.

Taxatur Plu-
tarci interps
primo.

ASTRONOMICVM

Lunæ æstatibꝫ aptasse, id est, secundū nouilunia disposituisse sciendū est. Quæ quidem res probatione nō eget, Nam idem author Plutarchus Calendas, Nonas & Idus, Lunæ accommodatæ græcos non semel testatur, & præcipue in vita Romuli, cum ait. Nunc igitur Rhomanorum Calendas nulla re cum græcis conueniunt. Illūn autem diem quo Rhomulus vbi fundamenta iecit trigesimum recte diem fuisse perhibent, in cœlū Lunam ex congressu Solis defecisse &c. Ex quibus liquido confat græcos secundum Lunæ tempora dies suos numerabꝫ. Obiter vero admonuisse volo, mendam textu subesse, vbi dicitur sc̄. Obiter vero admonuisse volo, mendam textu subesse, vbi dicitur Lunam ex congressu Solis defecisse, legendum autem Solem ex congreſſu Luna defecisse. Hoc enim verba græca manifeste innuit, quæ sic habent, καὶ σύνοδος ἐκλεπτικὴ ἐν αὐτῇ γενεθλίου τελέσθη ἀλισ-

CAESAREVM

qua si interpreteris, nihil omnino aliud sonant, quam eodem die Lunam cum Sole coiffē eclipticē, unde clarum est, non Lunam, sed Solem obulari oportuisse, quando Luna sphaera longe inferior Solari est. In priorē sententiā Thucidides quoq[ue] loquitur, beli Peloponnesiaci libro secundo, vbi inquit. Eadē quoq[ue] restare Calendas Lunaribꝫ hoc est, interlunio (quo solo tempore creditur posse contingere) Sol defecit, secundum meridiem, nonnullis interuenientibus stellis. Idem adhuc pluribus in vita Solonis Plutarchus exequitur, dicens. Qui vero deinceps sequeretur dies eam νεμενία, id est Calendas appellant &c. Similia plerisque in locis refert. Quicquid autem hucus super mensibus, annisq[ue] Attici principio dictum fuit, hoc totum insequens ti diario Luce clarius oculi te docere possunt.

MENSIVM GRAECORVM LATINORVMQVE COLLATIO

MENSES LATINORVM

IULIVS	26 d vii	Calendas Augusti
	27 e vi	Calendas Augusti
primo Iulii die belli tempore,	28 f v	Calendas Augusti
	29 g ivi	Calendas Augusti
	30 A iii	Calendas Augusti

Sol intrabat Leonē

KALENDÆ AVGUSTI

2 d ivii	Nonas Augusti
3 e iii	Nonas Augusti
4 f pridie	Nonas Augusti
5 g NONAE	Augusti
6 A viii	Idus Augusti
7 b vii	Idus Augusti
8 c vi	Idus Augusti
9 d v	Idus Augusti
10 e ivi	Idus Augusti
11 f iii	Idus Augusti
12 g pridie	Idus Augusti
13 A IDVS AVGUSTI	
14 b xix	Calendas Septembribꝫ
15 c xviii	Calendas Septembribꝫ
16 d xvii	Calendas Septembribꝫ
17 e xvi	Calendas Septembribꝫ
18 f xv	Calendas Septembribꝫ
19 g xiv	Calendas Septembribꝫ
20 A xiii	Calendas Septembribꝫ
21 b xii	Calendas Septembribꝫ
22 c xi	Calendas Septembribꝫ
23 d x	Calendas Septembribꝫ
24 e ix	Calendas Septembribꝫ
25 f viii	Calendas Septembribꝫ
26 g vii	Calendas Septembribꝫ
27 A vi	Calendas Septembribꝫ
28 b v	Calendas Septembribꝫ
29 c ivi	Calendas Septembribꝫ
30 d iii	Calendas Septembribꝫ
31 e pridie	Calendas Septembribꝫ
SEPTEMBRI	
2 g ivii	Nonarū Septembribꝫ
3 A iii	Nonas Septembribꝫ
4 b pridie	Nonas Septembribꝫ
5 c NONAE	Septembribꝫ
6 d viii	Idus Septembribꝫ
7 e vii	Idus Septembribꝫ
8 f vi	Idus Septembribꝫ
9 g v	Idus Septembribꝫ
10 A ivii	Idus Septembribꝫ
11 b iii	Idus Septembribꝫ
12 c pridie	Idus Septembribꝫ
13 d IDVS SEPTEMBRI	
14 e xviii	Calendas Octobribꝫ
15 f xvii	Calendas Octobribꝫ
16 g XVI	Calendas Octobribꝫ
17 A XV	Calendas Octobribꝫ
18 b xiii	Calendas Octobribꝫ
19 c xiiii	Calendas Octobribꝫ
20 d xii	Calendas Octobribꝫ
21 e xi	Calendas Octobribꝫ
22 f x	Calendas Octobribꝫ
23 g ix	Calendas Octobribꝫ
24 A viii	Calendas Octobribꝫ
25 b vii	Calendas Octobribꝫ
26 c vi	Calendas Octobribꝫ
27 d v	Calendas Octobribꝫ
28 e ivi	Calendas Octobribꝫ
29 f iii	Calendas Octobribꝫ
30 g pridie	Calendas Octobribꝫ
CALENDÆ OCTOBRI	

Principium Autunnī

Sol ingressus ē Librā

CALENDÆ OCTOBRI

MENSES GRAECORVM

● KALENDE Hecatombœonis ♂ Principium anni athénensis Sicula cladis tempore.

ORDO ET NOMINA

Græcorum mensium

Primus	Εἰρητομελέων
Secundus	Μεταγενέλιον
Tertius	Βούδριμον
Quartus	Μαμάκτελεών
Quintus	Γιαννέψιον
Sextus	Ανθεστελόν
Septimus	Πορεάδον
Octauus	Γεινιλιόν
Nonus	Ελαχριβολίον
Decimus	Μενυχίων
Vndecimus	Θερησιάν
Duodecimus	Σκιρροφεων

● KALENDE Metagitionis

1	viii	Idus	δευτέρᾳ ιστεμένῳ
2	iii	Nonarū	τετράτῃ ιστεμένῳ
3	iii	Nonarū	πετρότῃ ιστεμένῳ
4	pridie	Nonas	τοκτήντῃ ιστεμένῳ
5	NONAE		εξτήντῃ ιστεμένῳ
6	viii	Idus	εβδόμῃ ιστεμένῳ
7	vii	Idus	ογδόνῃ ιστεμένῳ
8	vi	Idus	συντάτῃ ιστεμένῳ
9	v	Idus	δεκάτῃ
10	iii	Idus	περιπέτῃ δέκατῃ
11	iii	Idus	δευτέρᾳ δέκατῃ
12	pridie	Idus	πετρότῃ δέκατῃ
13	IDVS		τετράτῃ δέκατῃ
14	xviii	Calendas	επτάτῃ δέκατῃ
15	xvi	Calendas	εξτήντῃ δέκατῃ
16	xv	Calendas	εβδόμῃ δέκατῃ
17	xiii	Calendas	ογδόνῃ δέκατῃ
18	xiiii	Calendas	συντάτῃ δέκατῃ
19	xiii	Calendas	δεκάτῃ
20	xii	Calendas	περιπέτῃ δέκατῃ
21	xi	Calendas	δευτέρᾳ δέκατῃ
22	x	Calendas	πετρότῃ δέκατῃ
23	ix	Calendas	εβδόμῃ δέκατῃ
24	viii	Calendas	εξτήντῃ δέκατῃ
25	vii	Calendas	επιμέτρῳ δέκατῃ
26	vi	Calendas	δεκάτῃ
27	v	Calendas	περιπέτῃ φεινοντθ
28	ivii	Calendas	επικάτῃ φεινοντθ
29	iii	Calendas	ογδόνῃ φεινοντθ
30	pridie	Calendas	επικάτῃ φεινοντθ
● KALENDE Boidromionis			τετράτῃ φεινοντθ
1	iii	Nonas	επικάτῃ φεινοντθ
2	iii	Nonas	ογδόνῃ φεινοντθ
3	pridie	nonas	επικάτῃ φεινοντθ
4	NONAE		επικάτῃ φεινοντθ
5	viii	Idus	επικάτῃ φεινοντθ
6	vii	Idus	επικάτῃ φεινοντθ
7	v	Idus	επικάτῃ φεινοντθ
8	vi	Idus	επικάτῃ φεινοντθ

● Dies captiuitatis ♂ Nicias & Demosthenis

περιπέτῃ φεινοντθ

τριτή φεινοντθ

δευτέρᾳ φεινοντθ

επικάτῃ φεινοντθ

ASTRONOMICVM

CAESAREVM

EXEMPLIFICATIONIBVS ISTIVSMODI
 paucis haec tenus ostensum volo, quomodo eclipsis Lunarium sub-
 fidio historias ab erroribus, qui in eis, annorum ratione, perperam
 assignata, passim offeruntur, vindicare liceat. Simili aliquando via,
 deo fortunante, Solis quodq[ue] deliquit peculiari volumine proposito
EGIT VR EX ODI c 12 D 12 xisse Dominū Moysi & Aaroni in Aegypto, Mensis iste vobis principium mēnum, primus erit in mēibus anni. Loquimini ad vniuersum coetum filiorum Israēl, & dicite eis &c. paulopost. Est enim phasæ, id est, transitus domini. Leuitici quoq*e* 23. Mense primo quarta decima die mensis ad vesperum phasæ domini est, & quintadecima die mensis huius solemnitatis azymorū domini est. Et Numeri c 28. Mense autem primo, quartadecima die mensis, phasæ domini erit, & quintadecima die solemnis. Septem diebus vespertinæ azymis, quatuor dies prima, venerabilis & sancta erit &c. Deutro. 16. Observa mensis nouarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phasæ domino deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te dominus deus tu*d*e Aegypto nocte &c. Et Esdre 1 cap. 6 Fecerunt autem filii transmigrationis Pascha quartadecima die mensis primi. In Paralipomenon 2 cap. 35 Feceit autem Iosafat in Hierusalem Phasæ domino, quod imolatū est quintadecima die mensis primi. Iosephus quoq*e* clarissimus hyfroris scriptor, libro 3 Antiquitatium iudaicarum cap. 12 in hunc modū scriptum reliquit. Mense autem Xantico, qui apud nos Nisan appellatur, id est, anni principium quartadecima Luna s*o*li opposita in Arite, quo mense liberati sumus a servitute Aegyptiorum. Sacrificium quod nunc egredientes ex Aegypto fecerunt imolare nos annis singulis, quod Pascha dicitur &c. Quintadecima succedit festiuitas azymorū quæ septē diebus celebratur, in qua vespertinæ azymorū.

Mattheus 5. Christum non venisse quilegē solueret, sed adimpleret, iĉ circa appropinquante passionis tempore legitimum pascha, quod lex 14 de primi mensis ad vesperi, quādū azymorum dies initium sumit, celebrandum non neglexit, immo opportunitatem verissimè cum suis cœlebrauit. Testatur hoc Euangelij sacrosancti assertores. Mattheus 6 & 20 cap. vbi ait. Prima die azymorum &c. acceleriter discipuli ad HIESVM dicentes. Vbi vis parsum tibi commedere pascha &c. Vespere autem factō discum bebat cum discipulis suis. Marcus t̄dem, Lucas & Ioannes paschatis tempus fatis aperte offendunt. Sed quorūm hæc inquis? Eò, bone lector, quo intelligas paschale festum & Iudeis & primiuitis post hac ali quādū ecclesiæ in 14 primi mensis cultum fuisse, quod nobis nequaq*e* sit ea quādū subdam ratione. Eusebius namq*e* ecclesiastica historiæ compilator libro 5 cap. 23 tradit disceptationem seuerissimam inter episcopos alaticos ortam, eos qui primā Synodum in Cœfarea Palestina constituerunt, Primam inquam post illam cuius acta apostolica meminerunt, utrum scz Pascha 14 mensis primi, iuxtam agem Moyis celebrari debeat. Ibi Theophilus Cœfareae Præfule, imp̄ante sic Victore Rhomano Pontifice, constanter conclusiſe, non amplius cum Sabatarij Iudeis 14 primi mensis die, sed potius dominica paschale festum Christianis honorandum esse. Vnde Theophilus idem Concilij Cœfariensis præses, quoniam id ab omnibus patiter approbatum erat, palam omnibus ecclesiis scriptum promulgavit Constitutum scz est, vt intra 12 Kalendas Aprilis, & 11 Kalendas Maii, Pascha celebretur, neq*e* cuīquam transferendi hos terminos vel citravélitra facultatem concedi, & bene profecto, quoniam tunc temporis 11 Kalend. Aprilis, id est 2 die Martij contingat æquinoctium, post quod, si 14 Luna accidat, Paschalis festiuitas vsp*e* in 20 vel 21 diem Aprilis transferri potest, hoc modo. Si enim oppositio id est, 14 Lunam 13 aut 12 Kalen. Aprilis incidat, tunc alterius decimæquartæ tempus expectandum est, quod non prius quam 19 aut 20 Aprilis euuenire solet, qui & termini Thephili est. De Luna quoq*e* præceptum non est propositum, quo iubebant Iudei lunas 7 post 14 continua feriarum consecratione obseruare. Quocirca cum inter 11 Kalen. Aprilis & 12 Kalen. Maii plenilunium siue decimæquarta offertur (post æquinoctium saltem) tum proxima Dominica post oppositionem eligitur in Pascha. At si contingat Lunam plenam dominice incidere, proxima post eam dominica accipitur, tanquam adhuc sacrificata, ea ratione, qua Moses 7 perpetuas luces sanctificatas affirmauit. Hoc autem fit, ne cum Iudeis pascha idem veneremur, qui codem die illud adorant. Fit autem & nobis dies sancta, à dominica enim vtp*e* ad alteram non nisi septem dies numeratur, ita vt & nos sacra die vna scz ex 7 Mosaicis Pascha honorem. Cōmuniter iam latinos, græcos & hebreos pascha celebrandum post equi noctium decreuise vides. Quod decretum sequuntur patres Nicenæ Synodi æquinoctium 12 Kalen. Aprilis, Pascha vero 11 Kalendas, id est, lequenti die post, vsp*e* ad 7 Aprilis procedendo constituerunt. Nam si 11 Kalen. Aprilis dominica occurrit, iam Pascha in proximam dominicæ, quæ 5 Kalen. Aprilis 28 scz Martii die erit, prolongabitur. Idem post hos Anthiocheni, Cœfatienses, Alexândrinis conuentus stabilierunt, & confirmarunt. Adistâ igitur equis nocti

CAESAREVM

nocti suppurationem, quæ in 21 Martii relata est, Dionisius ille Rhomanus abbas kalendarii sui bafim iĉgit, perinde atq*e* fixum, nec vñquam variabile sit æquinoctii tempus futurum. Ob eam vero causam, neq*e* Paschalis festum hactenus ante 21 Martii diem, sicut olim soluit, celebratum est, neq*e* in posterum (& hoc contra Nicenæ Concilii decreta, nisi mox ecclesiæ annorum iam multitudine depravatio redditus, castigetur, veraq*e* æquinoctii ratio incautus) celebrabitur. Quanquam vero sacre litera nihil æquinoctii meminerint, sed tantu*m* primi mensis, nihil secundus tamen intelligere datur primus esse mensem illum, cuius oppositio, id est, plenilunium cum æquinoctio coincidit, aut proxime lequitur, cum illud apostolorum iam olim sententia comprobatum legatur, quibus sanctum est, ante æquinoctium verum Pascha colere nemini vt liceat. Aequinoctium autem, quod tempore Synodi præfata contigit, a nostro iam 11 diebus distare palam fit, cum illud 21 Martii euenerit, nostrum 10 præsens contingat, & post paucos annos 9 die quoq*e* futurum sit. ¶ Causas erroris in celebrando paschale, vnde totius Rhomani Calendari sequitur confusio, ab solutissime didiceris ex Natali Regis Ferdinandi, proponens in exemplum 1503 annum. Illico enim vides sequenti die post natuitatem, quod est 11 Martii, æquinoctium, 12 vero plenilunium, & in ipso plenilunio Dominicam accidisse, qua occasione Paschalis festum, iuxta Theophilij statutum proxima dominica sequi debuerat, hoc est, 19 Martii. Verum ex sententia ecclesiæ 29 diebus integris dilatum, 16 Aprilis sacramentum vides. Vnde oculus vñparare licet errori rem Calendari manifestum, vtq*e* pascha non secundum Moyen post 14 primi mensis, sed post plenilunium mensis secundi, quod planè alie num videri queat, inq*e* quod adhuc amplius eo tempore, quo s*o*l 5 gradum Tauri occupat, qui immundus dicitur, celebratum tempore regis Ferdinandi sit. Quod æquinoctium subinde anticipat in causa est Trepidatio octauæ spherae, & quantitas anni Solaris humi vsp*e* in diem nondum satis cognita. Hyparchus enim annum 365 dies, 25 m*o*, 12 secunda habere prodidit. Iulius Caesar 365 dies, 6 horas, adunguem, quod à vero longe absit. Ptolemaeus 365 dies, 5 horas 55 m*o*, 22 Z annum facere asserit. Alfonsus anno 365 dies, 5 horas, 49 m*o*, 16 Z (quem si separari, quomodo quarto quo quis anno diem intercalares non video) inesse pronuntiat. Anticipatio autem æquinoctii in annis 152 proprie variatur per unum diem. Proxima Calendari corrupti causa est, illa scz, quia coniunctiones oppositiones luminarum, iuxta Dionisii Cyclum supponantur, cum ramen haud ita longo tempore processu, certitudinem suam obtineant. Considerudim ecclesiæ sequitus, cylos premisi, per quos passa nunc inuestigare disces, quomodo semper quidem vt poteris, si modo præsens ecclesiæ ritus, vt nunc est, seruetur. ¶ Cyclum Clavis paschalis enuntiatum 35, literamq*e* dominicale enuntiatum præcedens, edocerunt, per quæ duo festum paschale nunc difcetur. Numerum ergo Clavium in limbo interiori, quem penes NVMERVS CLAVIVM maiuscūlū, vt liquet, habetur literis inspice. Quem vñsum cum indice Z rotæ volubilis vexillum gerentis, signa. In limbo deinde exterioriter literam dominicalem prius inventam, proximè, post indicem, iuxta dierum ordinem obuiam queat, & eidem index adiunge, sic vt litera cum ostensori non occulatur, sed linea fiducie eiusdem indicis tantummodo medium alteram inter literam do minicalem præsentem & proximam antecedentem, contra dierum ordinem pura, sitam contingat. Illum etenim diem Christiana constitutio generali quadam obseruatione paschalem tuerit. Festi post hac mobilis suis in locis ordinatim apparent, Demonstratio ocularis esto. ¶ Diuus CAROLVS semper Augustus anno 1500 currente genito, cuius litera dominicale E D, Cyclus autem Clavium 38 fuit. Nunc 38, qui est numerus penultimus limbū interiori cum inde notetur, quoniam vero E iam litera dominicale esse desit in Februario (sicuram Bisextilis ratio exigit) index modo non in E sed in D literam 19 diei Aprilis vicinā transferendum est. Ita vt & d literas, dies autem 18 & 19 per medium diuidat. Quo facto, paschale cum reliquo festis orbiculatim suis nominibus expressis, liquet, s*o*la Septuaginta ibi aduertenda fuerit, quæ in anno Bisextilis non eo die, quem Septuaginta nomen attingit, colitur, sed in eo qui huc sequitur.

HIS FESTORVM INVENTORVM

ordo est anni 1500 currentis,

Septua. 16 Febr. Iudica	5 Apri. Cātate	17 Maii
Eftomihi 1 Mar. Palmarum	12 Apri. Rogationis	24 Maii
Quadra 8 Mar. Pascha	19 Apri. Ascensionis	28 Maii
Remi. 15 Mar. Quasimodo	26 Apri. Exaudi	31 Maii
Oculi 22 Mar. Misericordiæ	3 Maii. Pentecoste	7 Iunii
Letare 29 Mar. Iubilate	10 Maii. Trinitatis	14 Iunii


In præsencia festum paschale iuxta obseruationes ecclesia videtur 19 Aprilis exigere, cum idem si Moysen & patrum sanctiones sequi malitiam 15 Martii celebrari, aut secundum Theophilij dogma in proximam dominicam sequente (quæ est 22 Martii) transponi debeat. Quod idem obseruare coacti eramus, si æquinoctium verum amplecti voluissimus. Sed hic appetat pascha per 35 dies vñparum debitum termum dilatum esse, impurumq*e* in mensem, cui Taurus præfuit (die

Error celeste
tionis pofa
tis demoni-
tur per epif.
Regi FE
DINA
D.L.

Varia ob-
uaciones fap-
anni quādū

Quomodo
stum paschale
fit inuestigatu-
dum.

Exemplu-
CAROLI,
Imperatori,



ASTRONOMICVM

Pascha in arie
te cælebrandū enim paschali tunc Sol & gradum & polleat, cum tamē in Aie-
te nobis illa festissitas sit peragenda) incidisse.
¶ Reis FERDINANDI natalis est 1503, huius anni litera do-

Exemplum Regis FERD INANDI. Regis FERDINANDI minicialis A, Cyclus clauitum 34 scitur. Jam si index Z ad 34 in limbo interiori statuas, litera egi A proxime sequenti in exteriori limbo oftensero denuo adiungas, 16 Aprilis dies ostendetur. Viatato interim ne A litera cum indice obtegatur. Quod vbi peractum est, sefitorum omnium mobilium circularis extat descriptio.

QVORVM TALIS EST SERIES

Septua. 12	Febr.	Judica	2	Apri.	Cătate	14	Maij
Dñeica Est. 26	Febr.	Palmatum	9	Apri.	Rogatiōes	21	Maij
Quadra. 5	Mar.	Pascha	16	Apri.	Ascensio	25	Maij
Remini. 12	Mar.	Quasim. ge.	23	Apri.	Exaudi	28	Maij
Oculi 19	Mar.	Misericordia	30	Apri.	Pentecoste	4	Iunij
Letare 26	Mar.	Iubilate	7	Maii.	Trinitatis	11	Iunij

Iudeorum error in celebra-
tiōe paschatis.

Quomodo pa-
schale festum
variatur ratio-
ne diuersitatis
meridianorū.

Pascha iam denuo mensi secundo inseritur, ideo quod æquinoctiū secundo post Natalem FERDINANDI Regis contigit. Tertius post propriso (oppositio autem vera non media attendit) Prealchali celebratione debet, quae iccirco nunc 12 Martii secundum patres, secundum Theophilum & equinoctiū solidam rationem 19 Martii sancti fidicanda foret. Verum quia ecclesiastica consuetudo 15 Aprilis eligit Dionisium imitans, cuius æquinoctium 21 Martii dies est, sive familiari in 35 dies palcha ultra debitum finem producatur, Soleque in 5 Tauri gradu, impuro dicto, existente colatur. ¶ Nec vero nos tantum hic fallimur, cum & ludeis ipsis, quamvis egregie sapientibus hiboc loco videantur, æquinoctii ignorantia imponat. Non enim in primo, legi obtemperantes, sed secundo mensi contra Mosen & edita sua pascha adorant. Aequinoctium etenim statutis 13 vel 14 Martii contigit hoc presenti 1539 anno, vt 11 Aprilis passchali solemnitat^e vacarunt, cum aliās si exquisitam æquinoctii computationem lequerentur, legi sua conuenienter 12 potius Martii pompassillas paschales peregrissent. Ita 30 integris diebus verū sed peregridentes falsi sunt. Potest etiam alia de causa paschatis minus stat tempore per omnem orbem culti varietas accidere, præter Moysaicam traditionem & ecclesiam. Diueritas namque meridianorū non ultimam paschatis variandi occasionem per regiones diueras inducit. Telluris enim globositas efficit, ut à Sole tota terra simil & uno momento illuftrari nequeat, quae res diem causatur. Verum dimidiata tantum parte dies, altera nox, & econtra, dum fit non ultima festiuitatis huius venerandæ varietas contingere potest. Cuidam enim terræ partiluminarium oppositio videri potest, cùdiam minime, vni post ridiem, alteri post notes medium, ex quo fit, vt hic oppositionem ad diem Solis, ille ad diem Saturni nonnunquam conficiat. Cui in die Saturni apparuit, sequenti Dominica festum instat, Cui die Dominica cernitur oppositio, is mox octaua sequenti sollemnitat^e sacra peragit. Quæ res locum habetur, si non viuferis quædam ecclesiæ constituto per orbem euulgaretur. Sed quoniam hæc & huiusmodi nemini non per se obvia esse possunt, verbo attigilatis sit;

ENVNTIATVM TRICESIMVM NONV.

Quibus anni temporibus, diebus, horis & minutis æquinoctia contingat presentissimè contueri.

lege, & quino
etia per instru
mentum cōple
xus. Nec &c.

lege. Infima & crediderim, sed quod palam facerem in tanto temporis spacio vernalia immo, æquinoctium in Februarium usq; retro cœsirum, & quo vel sic saltē

maturius Kalendarii emendandi delyderium ecclæ indicatur. In
Instrumenti strumenti partes igitur primum, postea ysum accipe. Infima & immo-
bilis huius figuræ tota limbo constat vno, circulus plerisq[ue] cōserto, qua-
ria enarratio, rum singuli in partes 14 diuisi transuersalibus interstincti limesis sunt

lineis nō licet
cīs

De cīs et dīcis 17, diecīs et dīcis, qui sunt
& duodecim Martii. Huius limbi extremitas alba nigraq[ue] spacia vici-
sim gerit, quorum alba dies, atra noctes denotant. Luxa linea cīs
cium candens transeunt videt, M literam subinde adiunctā, qua
meridierit nota est. Linea nigrum de flēcans, mediana noctem signifi-
cat, N litera opposita. In spacio illo obscuriori C & R literae
reperiuntur, C occasum, R ortum innuens. Sub dicto colore du-
decim gradus semper habentur, duodecim horas noctis signantes, si
militer sub candido 12 horæ diei continentur, in vicem iam albe, iā
atra. Nox enim aequalibus cum die horis participat, quoniam dies



VM HACTENVS PERMVL-
TA super erroribus paſchalib⁹ egerim
equinoctii nomine, oportuni videntur
offendere nunc quomodo poſſis omni
tempore euuenies illud certifimus agno
lare. Illud autem quo foſcilius confi-
ciat, figuram per quam hoc preſta-
re iuxta dies, horas & minuta noſtri
more computata liceat, exhibui, ordi-
ens ab anno Christi 1300 usq; ad 3000
equinoctia instrumentum complecti-
tur. Negi fane ideo, quia ita opus fore
facerem in tanto tempori ſpacio vernali
vī ſret retro celſilur, & quo vel ſic faltem
andi deſyderium ecclſie inducatur. In
iunctum, poſta vī ſum acce. Infima & immo-
nū conſtat vī, circulus pleriq; cōſerto, qua-
nisi tranſuersalibus interſticii limes ſunt
in refer, qui ſunt 27 & 28 Februario
limbi extremitas alba nigra ſpacia vici-
atra noctes denotant. Iuxta lineam ſpa-
rides, M literam ſubinde adiunctā, qua-
rum deſcens, mediam noctem ſignificat
in ſpacio illi obſcuriori C & R literarē
R ortum innuens. Sub dicto colore du-
etur, duodecim horas noctis ſignantes, iā
dīci continentur, in vicem iam albe, iā
cum die horis participat, quoniam dies

CAESAREVM

illi equinoctiali congruent temporis. Numerus ille horarum tertio in spacio centrum versus de 3 in 3, à meridie in medium noctem, rursum scilicet à media nocte in meridiem, nostro pro more scribitur. Quarta huius limbi area dierum in se numerum vñam cum nominibus suis continet, vt, an dies fit Februario, an Martii feciatur. Interim limbi parte indices quidam occuruntur cum annis Christi singuli noti ab uno centenario in alium, quorum primus 1300, nouissimus 3000 annos, (omnes à Christo nato intelligendo) gestat. Rota polft haec omnia vñibz quinque offensores amplius ac ceteri, primus offensor. B. f.

Quonodo
in quinocti
us annuatim
io inuestigantur.


Vt Aequinoctium merita
no respondes alii repetimus
quam Ingolstadiensi.

**CAROLI
Imperator.**

Iucatan Info
la occidentalis

m- Exempli Re-
an- gis FERDI
- - - -

Quomodo
quinoctium
Regiōibus ei
entalionberit
inueniendam



ASTRONOMICVM

sentaneum, 98 annos penes ostensorum F inuenis, ideo F literam indici M centenarii 1500 applica, filumq; super lineam 98 annorum dirige, quod in instrumenti limbo diem Martii 10 horā oī 55 post meridiem indicabit. Cui si numero adicias tres dies, horā 10 minuta 42, redundabunt dies 13 hora 10 37 Septēbris, quo tempore æquinoctium Autunnale futurum erit. Ita niflabor abundū inistructus es, quo pacto sit æquinoctium duplex quotannis indagandum, itidem & pascha secundum ecclesie ritum. Cum vero concilijs vñsum sit Christianis pascha nobis cum Iudeis celebrandum non esse, non inconsultum videtur huius rei quoq; paucis meminiisse. Iudei lex Moysica prescribit, Luna decimaquarta mensis primi honorandum paschale fecit, id quod ipsi, propter ignorantiumæ quæsionis.

CAESAREVM

æquinoctii in 13 vel 14 Martii ab illis translati, nequitquam prestatre possunt. Ad hoc æquinoctium licet nihil dubius erat, traditionibus tamen propriis irretristolent. Nam si 14 luna in secundam febroram id est, diem Luna incidit, tum pascha die Martis exequi solent, & si diem Mercurii plenilunium occupat, Iouis diem in pascha recipiunt, aut si Luna 14 die Veneris occurrit, iam cum paschate in Saturni diem transirent. Id quod nulla scriptura eos iuber aut cogit, si propriis constitutionibus non ita strictè deuocerent, Luna enim, Mercurii Venerisq; dies effugere ne se pascas fiant perpetuò, ne scio qua superstitione laborant. Sed vt oculis reprehendere quas Iudeorum quotanne pascha sequentem subordinati methodum, per 160 annos certa supputatione examinata.

TABVLA PASCHATIS IVDAICI AD CENTVM SEXA-

ginta annos sequituros suppeditata.

Anni dies

1540	23 Martii die Martis	1580	31 Martii die Iouis	1620	8 Aprilis die Saturni	1660	17 Martii die Saturni
1541	12 Aprilis die Martis	1581	21 Martii die Martis	1621	27 Martii die Martis	1661	4 Aprilis die Iouis
1542	1 Aprilis die Saturni	1582	8 Aprilis die Solis	1622	10 Martii die Saturni	1662	25 Martii die Martis
1543	20 Martii die Martis	1583	28 Martii die Iouis	1623	5 Aprilis die Saturni	1663	12 Aprilis die Solis
1544	8 Aprilis die Martis	1584	17 Martii die Martis	1624	25 Martii die Iouis	1664	2 Aprilis die Saturni
1545	28 Martii die Saturni	1585	4 Aprilis die Solis	1625	29 Martii die Martis	1665	23 Martii die Martis
1546	18 Martii die Iouis	1586	24 Martii die Iouis	1626	1 Aprilis die Saturni	1666	10 Aprilis die Martis
1547	5 Aprilis die Martis	1587	13 Aprilis die Iouis	1627	22 Martii die Iouis	1667	30 Martii die Saturni
1548	24 Martii die Saturni	1588	2 Aprilis die Martis	1628	8 Aprilis die Martis	1668	17 Martii die Martis
1549	13 Aprilis die Saturni	1589	22 Martii die Saturni	1629	20 Martii die Solis	1669	6 Aprilis die Martis
1550	1 Aprilis die Martis	1590	9 Aprilis die Iouis	1630	18 Martii die Iouis	1670	26 Martii die Saturni
1551	22 Martii die dominica	1591	30 Martii die Martis	1631	7 Aprilis die Iouis	1671	16 Martii die Iouis
1552	9 Aprilis die Sabati	1592	18 Martii die Saturni	1632	25 Martii die Solis	1672	2 Aprilis die Martis
1553	30 Martii die Iouis	1593	7 Aprilis die Saturni	1633	10 Martii die Saturni	1673	22 Martii die Saturni
1554	18 Martii die dominico	1594	26 Martii die Martis	1634	3 Aprilis die Iouis	1674	11 Aprilis die Saturni
1555	6 Aprilis die Sabati	1595	15 Martii die Saturni	1635	24 Martii die Martis	1675	1 Aprilis die Iouis
1556	26 Martii die Iouis	1596	3 Aprilis die Saturni	1636	10 Aprilis die Solis	1676	19 Martii die Solis
1557	16 Martii die Martis	1597	22 Martii die Martis	1637	30 Martii die Iouis	1677	7 Aprilis die Saturni
1558	3 Aprilis die Solis	1598	11 Aprilis die Martis	1638	20 Martii die Martis	1678	28 Martii die Iouis
1559	23 Martii die Iouis	1599	31 Martii die Saturni	1639	7 Aprilis die Solis	1679	18 Martii die Martis
1560	11 Aprilis die Iouis	1600	20 Martii die Iouis	1640	28 Martii die Saturni	1680	3 Aprilis die Saturni
1561	1 Aprilis die Martis	1601	7 Aprilis die Saturni	1641	16 Martii die Martis	1681	24 Martii die Iouis
1562	21 Martii die Saturni	1602	27 Martii die Saturni	1642	5 Aprilis die Martis	1682	14 Martii die martis
1563	8 Aprilis die Iouis	1603	17 Martii die Iouis	1643	25 Martii die Saturni	1683	1 Aprilis die Solis
1564	28 Martii die Martis	1604	5 Aprilis die Iouis	1644	14 Martii die Iouis	1684	20 Martii die Iouis
1565	17 Martii die Saturni	1605	24 Martii die Solis	1645	3 Aprilis die Iouis	1685	7 Aprilis die Martis
1566	4 Aprilis die Iouis	1606	29 Martii die Saturni	1646	21 Martii die Saturni	1686	30 Martii die Martis
1567	25 Martii die Martis	1607	2 Aprilis die Iouis	1647	10 Aprilis die Saturni	1687	19 Martii die Iouis
1568	13 Aprilis die Martis	1608	22 Martii die Martis	1648	28 Martii die Martis	1688	5 Aprilis die Iouis
1569	2 Aprilis die Saturni	1609	9 Aprilis die Solis	1649	18 Martii die Saturni	1689	26 Martii die Martis
1570	21 Martii die Martis	1610	29 Martii die Iouis	1650	6 Aprilis die Saturni	1690	15 Martii die Saturni
1571	10 Aprilis die Martis	1611	19 Martii die Martis	1651	27 Martii die Iouis	1691	4 Aprilis die Saturni
1572	29 Martii die Saturni	1612	5 Aprilis die Solis	1652	14 Martii die Solis	1692	23 Martii die Martis
1573	19 Martii die Iouis	1613	27 Martii die Saturni	1653	2 Aprilis die Saturni	1693	11 Aprilis die Martis
1574	6 Aprilis die Martis	1614	15 Martii die Martis	1654	23 Martii die Iouis	1694	31 Martii die Saturni
1575	26 Martii die Saturni	1615	4 Aprilis die Martis	1655	12 Aprilis die Iouis	1695	21 Martii die Iouis
1576	15 Martii die Iouis	1616	23 Martii die Saturni	1656	30 Martii die Martis	1696	7 Aprilis die Martis
1577	4 Aprilis die Iouis	1617	10 Aprilis die Iouis	1657	19 Martii die Iouis	1697	27 Martii die Saturni
1578	23 Martii die Solis	1618	31 Martii die Martis	1658	8 Aprilis die Iouis	1698	17 Martii die Iouis
1579	11 Aprilis die Sabati	1619	20 Martii die Saturni	1659	27 Martii die Solis	1699	4 Aprilis die Martis
						1700	23 Martii die Saturni

PRIMAE PARTIS CONCLVSION



OVIDIAS, Lector amice, me omnino tuiverè coledi natū, pro huius astronomici parte prima claudenda, theorema quoddā subiecti, in quo veluti præsenti arena ob oculos cernere quæas, ad quid aftrotū motus hactenus per totā hāc operis partem, fulsisimē traditi, conferant. Tale autem est, quod quam maximē humanitatē prodeſſe valeat, cuius iūanā dā gratia, nihil non paratus subire perpetuō sum. Dies autem Criticos, id est, iudiciales, quorū præcipiū apud meditib; satis vñsum in curiobombus exhibit, nondum præsentes, sed instantes inuenire folerter docet. Vnde nifallor, lique prudētib; sat poret, quam astronomiæ scientiæ non tantummodo voluptati, verum etiam utilitati humanæ seruire soleat. Quod theorema, licet succinctum sit, nihil tamen in eo, ad meliorem astronomiæ declarationem, desiderari à quoq; putauerim.

ENVNCTIATVM QVADRAGESI-

mum & vltimum.

Dies Criticos, id est, iudiciales, medicis in morbis iudicādis necessarios, per instrumentum hoc subnexum, citra operam computi inuenire.

A Pud omnes in confessō est, astra quædam diuinæ virtutis esse instrumenta, per quæ vñiuersum illud gubernantur. Syderum enim opera, effectus seu inclinationes, seu influentias dicas, diuinæ prouidentiæ quædam esse documenta, quis est qui negat? cum nihil non in hoc mundo iuxta aftrotū dipositiones affici videamus, quamvis omnia in decum referri soleant,

Quemadmo

Quemadmodum autem non securi, operis cuiuspiam structuram trüberis, sed fabro, qui hacvitur, sic aftrotū effectus, qui motus conseruantur, consequuntur, non ipsi astris, sed deo, illarē regenti, gubernatig; causa, veluti primariæ, alcrēbē debemus. Huiusmodi aftrotū cursus & motus multiplicē, nobis, cum Deus Optimus Maximus patefaciat, cœlumq; ipsum librum tanq; apertum, in quo futura per stellarum & luminarium transcurſus significantur, recludat, pauca & nos super hijs, quæ ex eo nobis libro collecta sint, dicere inſtruiimus, & maxime de hijs, quæ ad humanā pertinere salutem videbuntur, quæ in parte licet medicis, vigilantibus in primis commode quæamus, non solum tamē hijs, verum sed alijs quoq; rationēm suę valētū dñis habitus saltem non poffrem prodeſſe animus est. Tamen illorum gratia medicorum præcipiū, qui aftrotū expertes sunt, fa-

ctum

ASTRONOMICVM

Crisis quid. Etum putauerit hoc nobis aliquis, nec immerito, fatemur enim, nostrum namq[ue] consilium fecuti, certus & praesentius mederi laborantibus poterit. Quanta enim vis sit dierum judicialium, quos Criticos vocant, nemo doctor ignorat. Quanta etiam necessitas obseruanda Crisis medico incubar, tū ahi, tū Ptolemaeus, naturæ sc̄ītissimus auctor & Centiloquii sui dictione hortatur, hiis verbis. Super & grossis critico's dies inspice, ac L unq[ue] peragrationem in angulis figure 15 angulorū. Vbi enim eos angulos bene affectos inuenies, bene erit lā quieti, cōtra male, si afflctos inuenies. Hactenus Ptolemaeus cui' verba, quoniam nō nihil obfcurat in se habet, astronomiaq[ue] tirōibus nō vñq[ue] adeo obvia sunt, euidetiora planiora q[ue] reddā. Sc̄dū ergo primo quid vocabulum CRISIS significet, κρίσις grācē, latine iudicium, velox & vehemens in morbo motus est, ad salutem vel ad parnitiem. Vehemens idcirco, quia sevis ab accidentibus contingit. Morbi enim tunc & nature pugna excitatur acerrima, nec ullum aliud morbi tempus Critico grauius exsistit. Crisis autem perfecta nulla esse potest, in qua non fit sensibili materiae delinquis expulso, ex quo constat in morbis sine materia contingentibus nullam fieti crisis. Dierum ad morbos diuidandos pertinentium quadruplex differentia est. Critici enim sunt & Indicatiui, Intercidentes & Vacui. ¶ Criticus dies qui & Decretorius vel Radicalis vel Iudicatorius appellatur, est temporis illud, quo natura consurgit ad humorum peccantium sive expulsionem sive permutationem. ¶ Indicatiuus vel Indicarius dies est, qui signum dat futurae crisi, quo die & hora, qualisq[ue] fieri debeat, apparet enim in eo omnino indicium aliquod futuri iudicij, per quod certi sumus de salubritate vel peticulo sequentis crisi. ¶ Intercidentes dies illi sunt, qui & interpolares seu provocolares dicuntur, in quibus humor noxius naturam provocat ad pugnam. Ideo intercedentes dicti, quia inter criticos & indicatiuos cadant. Crisis in eisden euident nonnunq[ue], sed per accidens tantum, vt ratione virtutis vel medicinae, vel alterius cuiuspiam symptomatis. ¶ Vacuus dies seu Medicinalis dicitur, in quo natura proflus quiescit, neq[ue] quidquam diffundi poterit & virtutem naturalem concitat, adeo, vt per diē vacuum tutò curationem, moliti lecat. Prūsij vero praxim ipsam crisis aggrediamur, alia videtur præmissa necessaria. Primo, nullum non signum peculiare quandam naturæ partem, quantum ad qualitates atinet quatuor, sibi vendicare. Aries, Leo & Sagittarius, quia calidi & siccii flauum bilem tuerintur. Taurus, virgo & Capricornus, quia frigidi & Siccii, nigri & bili respondent. Gemini Libra & aquarius calidi & humidi Sanguinem imitantur. Cancer Scorpius & pisces frigidi humidique pituita assimilantur. Proximum est Ictu, Signo cuiuslibet planetam dominari, vnde domini nomen retulit, vt arietis & Scorpionis Mars, Tauro & libra Venus, Geminis & Virginis Mercurius, Sagittario & pisces Iupiter, Capricorno & Aquario Saturnus, Cætro Luna, Leoni Sol, domini sunt. Signorum præterea quolibet ha- minis partem sibi peculiarem arrogat, quod idem faciunt domus coeli, id quod sequens figura innuit.

V respicit Caput	Prima domus Caput
V respicit Collum	Secunda domus Collum
II respicit Man' & brachia	Tertia domus Ma. & br.
ES respicit Pectus	Quarta domus Pectus
Q respicit Cor	Quinta domus Cor
M respicit Intestina	Sexta domus Intestina
E respicit Renes	Septima domus Renes
M respicit Pudibunda	Octava domus Pudibunda
Z respicit Femora	Nona domus Femora
W respicit Genua	Decima domus Genua
W respicit Suras	Videcima domus Suras
X respicit Pedes	Duodecima domus Pedes

Hoc loco notandum obiter, partem illam corporis non esse ferro violandam, quous modo, quoties Luna signum partis illius perambulatè Ptolemaeo teste. Membrorum diuisiones per Signa obseruentur studiose, quocunq[ue] enim in loco figuræ signum fuerit, nihilominus tam propteriam genuinam partis significandæ, obtinet. Simile quiddam & cum planetis fieri solet, horum enim singuli quoq[ue] naturas seu temperamenta secundum qualitates quatuor exprimit.

Saturnus	significator & autor Melancholia
Iupiter	significator & autor Sanguinis
Mars	significator & autor Bilis
Sol	significator & autor Bilis
Venus	significator & autor Phlegmatis
Mercurius	significator & autor Spiritus & sanguinis
Luna	significator & autor Pituitæ

Planetarym quilibet singulare quoddam Signum possidet, in quo constitutus, exaltari, & in eius opposito cadere dicitur. Vt

Saturnus exaltatur in Libra	cadit in Ariete
Iupiter exaltatur in Cancro	cadit in Capricorno
Mars exaltatur in Capricorno	cadit in Cancro
Sol exaltatur in Ariete	cadit in Libra
Venus exal. in X, ca. in Y, exal. in Y, cadit in X. Dex. in V. ca. in W.	

CAESAREVM

Ad hæc duodecim signa trifariam dici solent, Mobilia sc̄z fixa & Communia. Luna etenim in morbi alicuius principio mobili signorum aliquod tenente, contingit morbum illum cito terminari, & contra, si in signo fixo est Luna morbi ortu, produci eundem ferè videm⁹, sicut in Communia Luna cum sit initio affectus, plerumq[ue] mutari, in aliumq[ue] transire eundem.

Aries	Taurus	Gemini
Cancer	Leo	Virgo
Libra	Scorpi	Sagittarii
Capric.	Aquari	Pisces

Neq[ue] vero minus planetarum singuli singula corporis mēbra, morbosq[ue] diuersos innuere solent,

¶ Saturnus vesicam, leniem & auream dextram intuetur, affectus vero Cancrum, Podagram, Elephanciam, & melancholicos huic simo di omnes.

¶ Iupiter habet morbos omnes qui ex sanguine abundatiore adūstioresq[ue] proueniunt.

¶ Mars fel, pudenda, Testes, aurem sinistram & epas, Febres acutæ, Erysipela, Morpheam, Apostemata interna præcalida, significat.

¶ Sol possidet cerebrum, visum, neruos, Cor, Latus dextrum, Hyponocephalum, dextram, omnem calidum affectum, quales sunt febres ardetes & tertianarum species.

¶ Venus Renes & nucham obseruat, morbosq[ue] pudendorum quos cuncti & maxime à frigore cauatos indicat.

¶ Mercurius Pulmones respicit & linguam, animi affectus quoslibet, Phantasmatam, Somnia, mentis alienationes, & huic simo.


¶ LVNA Matricem & muliebria colit, Menstrua, Catharros, Morbosq[ue] frigidos & humidos, vt Apoplexiā, Paralīsim, Convulsio num species, Epilepsiam &c. indicat.

¶ Notandum est insuper planetam sub radiis vocari donec inter 15 & 12 gradum a sole reperitur, a 12 vero gradu Soli propinquam tem combustum iam dici, debilitissimi effectus est, tantoq[ue] imbecillio rem, quanto proximam Soli fiat, immo impeditum vocabulo non insuffato apud Astrologos vocari. Item retrogradum planetam ab omni virtute desitutum est scias. Luna cum fuerit in via, vt dicitur, Latet vel combusta, quod est a 12 gradu ± usq[ue] 4 m, tum eadem virtutis prop̄ decitæ videtur.

¶ Errantium quius summa virutate potestate si domos vel 10 vel 7 vel 5 tenuerit, liber saltum ab iniquiori aliorum contuitu vel commertio, vt dictum est. Idem vero imbecilli dicitur, quando 12 aut 8 domum occupant.

¶ Item dominus 12, 6 & 8 domus, quocunq[ue] in loco figuræ confit, nihilo scius damnum importat omnibus quibuscumq[ue] tandem aspectu suo participat.

SEQVITVR FIGVRA QVAE OCVLIS EXPONIT DO. MVS MEDICATVRO considerandas.



ASTRONOMICVM

DE DOMIBVS COELI

Vnde Crisis
auspicanda sit,

Critis cœli prima dominusq; eiusdem, egrum, interrogatorem si ue consulorē perpetuo referunt. Septima vna cum domino Morbi, Decima vna cum domino Medicum, qualis scz & qua fortuna morbo fit occursum. Quarta & dominus eius Medicamen, quem scz ysum affecto sit allatum, significat. Sexta octaua & duodecima, loca morborum referunt. Quod circa quandocunq; planeta melior aliquem ex quatuor angulis incoluerit, sive dominus anguli cuiusvis ex illis fortior, liber, potens, nec impeditus extiterit, tum anguli istius felici us iudicium consequitur, si minus, contra fieri.

Tempus nunc ad Crises vocat. Nunc enim & quales sint & quo parato futurae praesciantur, dies insuper Indicatiū & Vacui & Intercidētes quomodo noscantur docebimus. Studiofissimē ergo expiscabatis à laborante principiō quonam temporis momento, peius habere senserit, id quod veterius morbi principiū vocabitur, alia inuasio, nisi hora dicta, tempusq; est, quo eger se labore percepit, vropte, solis operationibus impediri sentientibus, quod quidem in morbis acutis, & his qui subito inuadunt animaduerū facile est. Atqui cum soleat 7 14 vice simoq; primo diebus, subinde pugna quædam inter morbum & virtutem nostram oritur, dies eos vocarunt Astrologi Criticos. Alios autem Criticis intercesserit, in quibus pariter, sed remissior pugna contingere vis est, Indicatiūs dixerunt. Adhuc etiam alios ab illis Iudicariis & Indicatiūs, in quibus inbecillē admodum natura & morbo certamen impendētur, aduententes, in tercedentes nominarunt. Motum enim lunarem haec in re sicut in omnibus, (vt cuius occasione humores & omnia hæc infusa vehementer simē affici scierent) scrutantes intimus, 15 angulos in Zodiaco luna res, in quibus Luna consistens natura suspectis contra morbum de bellandum ferret, deprehenderunt. Nihil vero est, quod te moueat hoc in loco, quod Arabes non imitemur, qui patricionem hanc angulorum in aequatore, non autem in Zodiaco, & id cum Ptolemaeo, vt ipsi putant, statuunt, cum te vera Ptolemaeus id nunq; somnariat, ne dum senserit. Hic mihi si fidem non habes, Pontanum aliosq; relege. Angulorum autem singuli 22 $\frac{1}{2}$ gradus habent, veluti sequens figura distinetè apertit, in qua primo index quidam cum signo X occurrit, qui gradui Lunæ in affectus principio adducitur, unde linea quædam albicans per centrum instrumenti, in quo cum alia rectos angulos efficit ducta limborum procedit. Binæ illæ linea instrumentum in 4 partes secant, locaq; Crisim in Zodiaco monstrant. Crises illæ ob differētiam aliarum atque pinguntur, in quolibet medio duarum Criticarum alia est Indicatiū nomine. Deinde inter Criticam & Indicatiūm semper interponi solet alia, Intercidēs dicta. Ita quelli bet ex his quarta & in angulos paritur, quos si connectas 16 certes, quilibet eorum intervallo 22 $\frac{1}{2}$ graduum ab alio separatum, quod inter duas, Vacūi dicitur, dum a Luna peragratur. In diebus bus ergo iam dictis qui futuros nosse desiderat, indicem X loco Lunæ, quo ad fieri exacte datur adiungat, loco inquam quem Luna morbi inchoati tempore coluit, si enim factò reliquos omnes tam Criticos quam Indicatiūs & Intercidētes (hilo linea singulatim addoto) ob oculos in Zodiaco per gradus & minuta signatos certet. Natura enim hac in parte curiosior est, neq; morbum prius aggrediatur quam auxiliū tempus presto sit, id quod potissimum quadraturae & oppositiones afferre solent. Quarti enim & oppositi aspectus ideo Crisim efficere verè solent, quod his temporibus non amplius humoris a principio peccanti Luna adsit, sed aduersaria huic inueniatur, natu ramq; potius stimulet, oppugnatris morbi veteris. Illos autem Lunæ aspectus non solum obseruabis quadram scz & oppositionem, sed etiā alios qui Indicatiūs & Intercidētes cauant, semper tales intelligentia do a morbi incipientis gradu factos, quoniam & tunc Luna quid futurum de Crisi, id est, an salubris nec ne, euentura sit, ostendit, id quod perfectus iudicabitur tum demum, si figuram coeli secundum illud regiū extrahit per plexeris. Si tempus post hac Criticum, Indicatiūm vel Intercidēs scire velis, vide quo die Luna gradus illos ingressura sit, qui à linea dierum illorum ostenduntur. Sic, meridiem eiusdem diei in pice, quo in loco Lunam habeat, que res per organum Lunæ vel per Ephemerides aequa fieri potest, loco Luna ad meridiem accerto, aduerte num gradus Criticos vel Indicatiūs &c, cum supererit necne, si enim excedit, tum hora Crisis vel Indicatiūs post meridiem eueniet, qua propter in quo gradibus fiat excessus notandum est, pro quolibet gradu horam 1 m 52 vel si maius simplicius, horas 2, & pro dimidio gradu horam vnam vel 4 m minus, si ad ynguem vis, computando, sic enim proxime aut perfecte horam inuenies, quia natura cum morbo certamen fit initia. Si vero locus instrumenti meridiē requirit minor inueniatur, similiter graduum numerum in horas ante meridiem parite, uno gradui duas vel 1 cum 52 m tribuens, & pro verum horam Crisis vel Indicationis &c, habitus es, & hoc secundum Lunæ motum medium. Quod si exactius adhuc desideras, motum Lunæ diurnum diei proposito debitum querito, vnde faciliter proportionum regula horam inuenies hinc in modum. Primo loco motum diurnum, Secundo loco 24 horas, Tertio vero distantiam loci Indicatiūi à meridiē ponas, vt motus diurnus dat 24 horas, quid distantia? Perfecta regula, quotiens horas & minuta remittit

Institutio in
strumenti pro
Crisi indagan-
da,

Qua ratione
Crisis contin-
git,

Quomodo
Crisis horas
inquirienda.

CAESAREVM

mitrit. Hac obseruata cautione interim, q; si distantia sit antemeridiem, quoties dematur (vt si prodeant horæ 3 antemeridiem, iam subtrahantur 3, & dicatur hora esse 9 antemeridiem) Pomeridianus vero per se relinquitur, quotiens, quicquid erat & à meridiē nuncupatur. Quandoquidem vero Luna non æqualem indies motum peragit necessit, dies quoq; Crisim inter se variati, nec in eundem tempore diem certò incidere, frequentius tamen 7 mo, & 14 secunda. Crisis appareat, & ratio est, quod tam cerebro illi de morbis praesertim acutis indicent □ & ♀, quorum alter in 7 mo, alter in 14 to die ferè contingit. Est etiam tertia Crisis, qua 20 die septimi aut 21 accidit, propter quadram aliam. Diebus itaq; Criticis omnibus habitis (quod de Criticis loquitur, idem de aliis quoq; indicatiūs & intercedentes dictum volo) figuram coeli erigunt planeatis & stellis fixis, praesertim in signioribus in Zodiaco vel propè hunc sitis, in eadem collocatis. Hocfacto locum ante omnia Lunæ conture, cius accidentia singula memoria excipiens fideli, scz & aspectus, paf siones, secundum omnium aliorum planetarum motus, utrum benevolos, malevolosq; sustineat. Simile iudicium de stellis fixis fac. Hec etenim si omnia decentes fuerint sortita locos, Crisim proculdubio bonam naturamq; morbo præualitatem portent. Si impeditorem Lunam videris, omnia contraria & infausta, naturamq; morbo suscubitam iudicabis. Nisi cum indicis praesentibus morbi materia pugnet, aut aspectum infortunia in Haiez, id est, similitudinis suis consistant, id quod salutis exemplum potius esse solet, quamq; per accidens, vt si effectus fit flagmaticus, id est, Frigidus & humidus, Luna vero radiatione quadam communiceat Marti calido & secco planetæ, vel econseruo. Aut si in morbo bilofo Luna frigidus & humidus astrum incolat, Planeta enim tunc esto per se obesse soleat egreditimi, sua tamen natura aduersatur adeo, vt virtutis naturalis contra morbum potius auxilium. Simile quiddam de prosperioribus stellarum tam fixis quam erantibus ceteris statuitur. Nam si harum aliqua morbo in crisi, id est, temperatura disconuenientia natura sua, critis remorari videtur, quam tamen ob genuinam bonitatem non omnino tollit. Iudicium est par in omnibus 16 figuren angulis, uno amaduelu, scz quod in criticis angulis pugnae vehementiores oriri quam in alijs soleant, propter euidentis dissimilat signorum, quod ratione qualitatū & lexitus in quadris & oppositionibus habent. Melior autem in Indicatiūs, & quasi nullum in intercedentes distri men reperi est, quare leuisima his posterioribus, naturæ & morbi prouocatio sentitur, nisi forsitan accidens aliquod grauioris luctæ causam inferat, quemadmodum si luna planetis vndiq; iniquioribus presfa, locoq; deicto & infaustiore circumscripta per talera intercedentes esset, indicatiūa autem figura Lunam rufus benignotem per omnia exhibet, tum enim haec dies alia felicior esse cur non posfit? Re ipsa Indicatiūs & Intercidētes aspectus dici nequeunt, quia tamē viciniores aspectus quam alia loca sunt, icicero cum a Luna permaneunt non infrequenter natura in surgere egreditim adserum, metas earum digerendo coquendop; consuevit. Non prætermitendi hoc quoq; scz in die cretico plerumq; egrum mori, Luna cum aliquo planetæ maligniōt coniuncta vel aspectu infelicitati participante, & maxime conmili in temperamento planeta cum morbo existente. Contrarium porrò li planetis & stellis fixis secundioribus saltentum gatur, fieri. Fit & aliquando Crisis 5. die, Luna * occupante, yn decimo quoq; Δ Lunari existente. Sed his quas iam enumeravimus potissimum rationibus nempe accidentium vñuent, Neq; vero repugnat illud Hypocratis, Quartus index Septimi, vbi quartum non quintum nominat Hypocrates. Cum enim illi de critibus præcepta regulari quadam methodo vellet astrotum imperitioribus non omnino ignorandi tradere, septimum autem & 14 Criticos tanq; insigniores exprimere conaretur, per quartos incedentium iudicavit, ideo factum sanè vt quartum potius quam quintum interferere Crisis vellet, sicut etiam 11 potius quam 10 eadem de causa, quam trinus tam in 10 quam in 11 incidat, & per consequens etiam crisis. Eodem modo 20 dixisse Hypocrate putatus & non 21, cum tamen non minus 21 q; 20 iudicia eueniunt. Porrò Crisis mutari solet non modo syderum ratione, vt audiūmus, sed aliarum quoq; rerum qua medicis numero sex sunt, quæ dīstichum eiūmodi comprehendit.


Materies, Virtus, Medicus, Symptoma, Minister,
Sydera, tot crises euariare solent.

Quomodo ex
figura Crisis
cognoscant
salubris vd in
salubris.

Sed quomodo singula fiant non est praesentis instituti docere, ybi præter astronomica nihil promittimus. Ad propositum igitur revertentes reliqua percurramus. Luna vel in morbi principio, vel in Crisis quacunq; aspectu carens alio simpliciter neq; bonum neq; malum significat, verum in huiusmodi aliquo tempore si cuiq; planetarum conspicitur naturam eiusdem tam aequi quam iniqui, sequi solet, infirmo quilibet ingerens. Quod si morbi principium Lunam obtineat aliquo aspectu participē, nō autē in die Critico post, critis im pediri cōtingit. Egreditim initio si Luna quatuor angulorū aliquo oocupet, tu afectes indicū certū in significato qualitatis fuerit constitutū.

Cause ratio
nibus Crisis

Passa



ASTRONOMICVM


Passa vero eclipsis Luna, crisi tempore, indicium est malæ. Eodem tempore si planetam sub radijs Solaribus constitutum inspiciat Luna, nihil definendum erit, quia paulo plus nihilo/ immo nihil omnino virtutis hic aspectus obtinet, similiter in Crisibus iudica, nisi Saturinus aut Iupiter aplicantur, qui & gradibus a ☽ elongati & orientales, tum vna vim suam offendere possunt, sicut & si Mars, quem tamen oportet 10 gradibus ad minus a Sole distare orientalem, reliquos autem ad 15. Nam si eorum aliquis cum Luna aspectum efficiat remotione 15 gradibus a ☽, signum non bonum fieri solet. Tres illi, occidentales si sunt, id est, post solem occidunt, remotiones 15 gradibus, prauum quiddam similiter testantur. Venus & Mercurius soli orientales & minus 15 gradibus a sole remoti, iniquiores sunt significatores. Hoc temporis si fiat signum ascensio Aries vel Libra, & Luna angulari aliquem posidet, certissimum crism in ☽ vel & Luna progesa afferet. Luna tadem aucta lumine, morbo incipiente, Soliq aut Marti simul conspecta, significat egrum periclitatum letaliter, tunc quando ☽ vel & sui gradus attigerit, Sed si aucta lumina Saturnum inuecat, tunc in ☽ vel & colpcta post, egritudinem adaugebit, ita tamen, vt eger sit euasurus, tametsi egre. Quod si numerus & lumine simul aucta Saturnus inuecat Luna, nulla infirmitatis variatio eft sequitura, illa ☽ am vel & nem eficiente. Non polthabendum quoq illud egrorum subinde grauari diebus quis, bufcunq Lunam aliquot infaustius lumen aspicit, & eo grauus afficit, si lunam contingat in termino aspectus infortunatus confistere, veluti eundem postea egrum saluari rursus & reuelate contingit, secundo aspectu rursus accedente Luna. Luna sub initii tempus crescens, signum fit morbum in ☽ vel & to, salutiferis tantummodo radiis presentibus finitum iri, infortunatis vero accedentibus egrum letaliter omnino affectum iri. In huiusmodi figura coeli ad morti principium

CAESAREVM

cipium erecta, septima domus diligenter inspiciatur, in ea enim planeta malignior si logetur, aut aliis radijs suis eum comprehendat, vel si dominus domus infelicitus sit, quoniam medicus significator, qui do minus est 7 mæ domus pati videtur, notabit laborans medicum praesentem deserendum, & ahiu deligendum, Coniunctio ☽ & ☽ nisi occupans morbi principium, eundem longorem fore presagit. Initium affectus si Lunam cum Marte vel alio calido & secco sydere, & maxime cum suę fortitudinis receptione conuenientem habeat, morbo itidem calido & secco existente, certus sis eundem iri auctum post, secus vero, si frigiditate morbus præpollat. Fieri potest vt & licet benevoli prædicentur, ægro tamen officiant, idq si in nativitatibus laborantium, loca morborum, id est, sextam & 12 domos incoluerint. Per haec autem ex nativitate certius de morbi statu astrologum iudicari posse nemo non videt. Deinceps Luna, Solis, & aliorum planetarum beneficia, id est, optimas eorumdem in angulis constitutiones breuiter absoluemus. Primus est felicitatis status, cum beneficæ stellæ fortunæ ipse cū Luna in angulis coniunguntur, Secundus, si beneficis irradiatio in beneficis stellis illustratur. Terti⁹ si à fortunis ipsi beneficis stellis corpore vel lumine circudatur ante vel retro. Quartus si autoritarib⁹ fortunaq fuerint collocati Luna vel Sol vel planetæ vel an guli, vt in suis finibus, domiciliis, altitudinibus, triangulatibusq &c. Quintus si in suis similitudinibus, quas Haltz vocant Chaldei, reperiuntur. Sextus si in cardinibus vel succedentibus. Septimus si eō deponet anguli, id est, loci dominus quem hospitatem dicunt, bene etiam affectus sit. Tot sunt conditiones vel status, vel constitutiones eventuum prosperiorum, totidemq præsagiorum malorum contrariae dispositiones inueniuntur. Adde morbos acutos & veloces Lunæ, Cronicos vero, id est, eos qui longiori tempore durant sive tardos, Solis cursum imitari. Et haec de Crisibus, diebusq criticis dicta sufficiant.

ASTRONOMICI CAESAREI PARTIS PRIMAE FINIS.

**Meteoroscopion
Planum Apiani;**



ASTRON. CAESAREVM



ASTRONO MICI CAESA REI PER PETRVM APIANVM CONCIN NATI PARS SE CVNDA.





STRONOMICI HVIVS PARS
altera totius primi mobilis commodi
tates per vñsum completitur, quæ omnia
prius per instrumentum, meteoroscopium
planum nuncupatum, ostenduntur, post
demonstrationibus geometricis firmis-
ime approbantur, & hoc subfido finitū
cordarumq; computi. Admonitus ta-
men lectorem pium hic volo, ne omnes
meteoroscopii præsentis vñs arbitre-
tur simul tradi, coñmographicos nem-
pè proprio in volumine eti vñsum vber-
tim, vbi etiam disset non modo per hoc & iſtūmodi meteoroscopia
plana, quevis huius negotii deprehendi posse, verum etiam per nume-
rale quoddam meteoroscopium insuper adhuc adiectum. Præter hec
tamen si quis desideret meteoroscopiorum à me repertorum vulgo-
rumq; strüturas, seu fabricam, illum ad planisphaerium nostrum rele-
go, vbi præter illud, & alia scitu digna, omnium penè affronomico
rum reperiet instrumentorum strüturas, vt sic loquar, sive com-
positions. Sed quamvis nemo non cordariorum reliqua pri-
mi mobilis commoda, ex iam proximè sequenti triangulo
enunciato sufficenter hauserit, nihilomi-
nus tamen adhuc rem magis apertam radio
ribus esse cupiens, obseruationes quas
dam cometarum pro colo-
phone subnexui.

ENVNCIATVM PRIMVM

Instrumenti partes summatim eiusdemq; vñsum omnem
breuissimis colligere.

Organum



RGANVM HOC CVI NO-
men meteorosopio est, eo quod ea quæ
cumq; in sublimi confiderantur, in hoc
veluti ob oculos ponimus, quatuor par-
tibus constat. Lateribus duobus, lim-
bo & area. Per hac enim quatuor, sphæ-
rici trianguli negotium omne, vñs, cō-
moda vniuersa, ad vnguem patent, cu-
ius equidem trigoni singula commoda
quadrantibus quinq; offensus sum
clare, endemq; exemplis evidētissi-
mis approbaturus, similes instrumen-
ti membra declarauero. Scendum itaq; duplē additum adhuc or-
ganum patere, quorum primus arealis, secundus lateralis dicitur.
Arealis in instrumenti area, Lateralis in linea A B seu limbo B C
absolutur. Duo autem ad ingressum huiusmodi desiderantur, per
quæ alia duo velut adhuc incognita elicuntur. Adhaec, quia in om-
ni trigono rectangulo sphærico quinq; sc̄tæ in esfera se offerunt, id
circo dupli opus est ingressu, quando simplici hoc idem conferri ne-
quit. Lateralis introitus bisariam haberi potest. Primo si numerus al-
ter lateralis in linea A B inuentus cum margarita notetur. Dein
de filum in limbo promotu laterali numero alijs superducatur, sicutem
margarita numerum arcualem offendit, qui inter lineas transuerfas
continetur. Numerum itidem fundamentalem, vt sic dicam, seu ba-
sim in linea A C per circulum ex B litera cadentem, per margarita-
titam in A C vñq; porrectum indicat, vt in exemplo liquet. Nu-
merus lateralis alter 40, alter vero 50 graduum sit, vñio 40 teneat
in linea A B in puncto E. Filum autem latus aliud, gradum sc̄z
50 in limbo, quod fit in puncto L, exprimat, & margarita circum-
lum transuersum 30 vñz graduum in puncto G dederit, quod si ex
quisitus tractes, gradus 29 & 30 occurrit. Cui rei demonstra-
tionem aperiſſimam tertius quadrans exhibebit. Secundus introe-
di modus iste est. Gradus 50 requirantur in linea A B, cui mar-
garita superlocetur, postea filum si tendatur per 40 & que ac prius
30 gradus ab vñione sc̄ndi videntur, id quod in primo quadrante per
litteram h insinuat. Adhaec quomodo verius cognoscantur num-
eri areales, qui per transuersales circulos significantur, quarto in qua-
drante propoli. Quin etiam nota iam altero laterali, arealisq; ingre-
sus arealis dicitur, idem dupli via absoludum. Prima, laterali nu-
mero in linea A B quæfito, margaritaq; ad eundem inducta, filo
in limbo donec arealis circulus à margarita contingatur, hinc inde
promotu filum in limbo numerum lateralem alterum designat, quam
rem secundus quadrans habet. Secunda, lateralis numerus iam no-
tus accipitur, per eumq; vbi filum transmissum est, quo in loco area-
lis numeri arcum fecerit, obseruerat, illuc enim vñio figitur. Postea ve-
ro filo super lineam A B deducto numerus alter laterali à margarita
offeditur, id quod in quadrante etiā secundo imaginari licet, si pun-
ctum ē ignotum sit. Iam per numeros binos cognitos tertium igno-
rum inuenire didicisti. Quartum igitur vt habeas pariter, quadratum
primum in pice, in quo numeri omnes tam noti quām ignoti continen-
tur, vbi etiā quartus offendit, qui in triangulo eodem basi dicitur.
Nunc ad numerorum nomenclaturas veniendum, Quorum primus
est, qui vñptāv̄vñq; trianguli representat, per A B lineam indicatus.
Laterali vñus super linea A B quærendus semper linea A C
par exiftens. Secundus numerus per arcum C B significari solet,
nihil aliud existimandus quam angulus A trianguli H A M. Ter-
tius arealis dicitur in arcu transuersali D I reperiendus, latus H
referens, quod trianguli K L E, quæ dicas latina perpendiculari-
sum, significat. Quartus vocatur trianguli basi, id est fundamento
& in linea A C queritur, hæc basi noſcitur sedulo per punctū H.
Nam H D linea totidem, gradus quo linea A M continet. His
iā numeris adiace poteſt, quintū insuper, per angulum H iſtū triāgu-
li intelligentium, quem si reperire forsan malis triangulum inuertas ne-
cessum est, ita vt ex H M basim conſtituas, A M vero Kathetum,
hoc enim facto angulus H in puctum A recidit. Et arcus R C
quantitatē anguli A exhibet. Hocigitur pacto, & his regulis to-
tius primi mobilis negotium, si modo non plane communi ſensu ca-
reas adamassim examinare poteris. Huic vñi intentus ut triangulum
superficieq; sphærali congruum tuo pro inſtituto effingas.

Ingressus in-
strumenti du-
plex.
Arealis,
Lateralis,


Duplex intro-
eundi modis
lateraliꝝ pri-
mus.

Arealis infor-
sus Quid,

Nomenclau-
sa numerou-
trianguli,

ASTRONOMICVM


Quomodo est ut triangulos quoque spherales non rectangulos entia
triangulis agere possint. Aut enim in his omnia latera sibi correspondent, aut duo
dumtaxat, tertio minore aut maiore, aut omnia simul inter se diffident. Conuenientibus omnibus, unum aliquod in medio secundum est,
eius medietas vna si sumitur, latusque adhuc aliud, comperta duo late
ra habentur, quibus cum deinceps reliqua huius meteorologopii com
moda inuestigare ex praedictis notis. Medietas enim quilibet trian
guli est rectangulus. Duo si latera trianguli conueniant, tertium vero
arcuus aut amplius sit, idem in duo partiendo est. Et triangulus
quoque integrer in alios duos triangulos rectangulos sectus est. Cum
quibus iuxta praecepta agendum de cetero, duo enim latera cuiuslibet
agitata sunt. Inequalibus triangulis lateribus cunctis, compertis
tamen, sic age. Duo laterum breviora in linea A B vnam cum nu
meris suis querito, filum deinde alterum super lineam A B ducito,
margaritam super numerum eiusdem, fili postea secundum rursus in li
nea A B extende, & vniōne numero alteri superadde. Post hac fila sin
gula manibus singulis comprehendere, eaque in limbo iam sursum deorsum
quoque vniōnes ambo vniū & eundem in area arcu incidunt, congruum
tamen promove, congruum dixi propterea, quod bases amborum
coniuncta, latus trianguli maximū aequent. Tunc enim arcus area
lis, cui margarita innuitur, communem arcum refert, eum scilicet qui
triangulum hinc inaequalium laterum in binos alios trigonos scandit,
quorum singuli diuerteras bases continent. Exempli causa. Este B
H D triangulus inaequalium laterum, quorum B H 30 gradus,
H D 42, B D 50 & 20 m complectatur. Per instrumentum
hoc latus commune reperitur, illud quod trigonum istum in binos re
ctangulos, 30 vix gradus & 34 m, quale quiddam representat.
H F dividit. Minimi trianguli basis A M 20 gradus includit,
maximi autem basis 30 & 20 minuta complectens dicitur. L C
quantitatem anguli H B F refert, trianguli minoris, K C vero
quantitatem maioris trianguli H D F praestat, & hoc modo trian
gulus ille laterum inaequalium in binos alios rectangulos trigonos re
flectus est, quorum quilibet latera duo nota continet. Iam si quid am
plius liber inuestigare, licet, si praedicta repeatant memoria. Quic
quid autem de triangulis rectangonis iam traditum est, illud totum fe
quentes figurae iterant clarius.



Quomodo triangulus non rectangulus, ratione per quartam vi
delicit circuli partem, siue quadrantem maius appellare, in alios duos
trigonos resolvere potes, ita ut omnia corum latera concordent, vt nomi
ni exempli. Primus resummatrangulus, cuius omnia latera equa
sunt. Ponuntur autem singula 42 graduum esse. Constituo itaque
quadrantem A B C in quo statim 42 gradus pro basi propositi
trigoni, qui vocabitur B F D, in ordinem versus C, numera
tum D litera signo, simulque per D lineam rectam ex A puncto
educo, quoniam vero latera inter se aequalia sunt vicissim ex D lite
ra perpendiculariter super A B lineam demitto in puncto K desi
nentem. Similem ex B super A D in puncto I finientem per
pendiculariter duco, sic ut ambo illae in H puncto se se diuidant, iam
igitur ex A centro per literam H recta lineam eiecta, arcum quadrati
tin F tangit, & arcum B D in partes aequales fecat. Post hanc
iterum ex H orthogonalē D versus sursum ergo, & lineam hanc
quadrantis arcum H F dirimere in puncto L consipicio, adeoque
L latus iam commune triangulorum duorum partialium, id quod ante
haec H F dicebatur, esse vero gradum 17 m 15. Similiter B F
& F D gradum 21 quemadmodum inter sequentes prima & ter
tia figurae ostendunt, contine video. Vbi duo trianguli latera con
cordant, tertium vero minus est. Exemplum esto superior figura, in
illa enim duo latera 42 gradus, tertium 20 complexum fuit. Pro
ponit igitur gradus 30 in quadrantis limbo, quacunque liber ex parte
initium illorum litera M finem D exprimat. Post haec e centro A
duas protrahe, alteram in M, alteram in D rectas lineas, hec enim
intra


CAESAREVM

intrat 30 gradus quoque claudunt. Deinde M D arcum dispescit
in punto F, lineamque in idem F ex A centro producit, nec non ab
M versus C 42 gradus numera, cunque L nota, eodem gradus a
D contra B computatoscu N signa. Nunc perpendicularis edu
cta ab N in A D punctu I coincidens cum alia perpendiculari
erecta ex L in A M & in litera K definens, coeat in punto H
cum priori. Inde rursus alia orthogonalis L versus emissia, circulū
in O litera contrectet, 39 gradus 42 m complectens, latus hic
commune H F est, veluti secunda & quarta figurae docent subiecte.



Quod si triangulus omnia latera dissimilia habeat, aut duo quidem
similia, tertium tamen maius, huiusmodi exemplo rem exequere. Pri
mo tribus lateribus pugnantibus, vbi primum latus 30 gradus ha
beat, secundum, 42, tertium 30 & 20. Commune igitur la
tus repertum H F, locumque F in arcu B D sic agimus. In qua
drante maximum latus deligitur, quale est B D, literas deinde A
& D recta connectimus, mox e B versus C latus 42 graduum
requirimus, cumque E puncto inscribimus. Tertium deinde latus 30
graduum scilicet a D contra B excipimus, & cum G litera signamus.
Perpendiculariter post haec ex G in A D promouentes in puncto
I terminamus, sicut etiam aliam ex E suscitantes lineas A B indu
cimus in puncto K finimus, per illarum sectionem qualis sit in H
puncto rectam e centro emittimus, quae in puncto F definens com
pletetur.

Quid enim trian
gulo cui tria la
tera inaequalia
sunt, agatur.



ASTRONOMICVM

CAESAREVM

munis lateris locū nobis ostēdit. Itē perpendicularē ex H erigē, tib⁹ verius C, eā circulū in L secare cernit⁹, perq⁹ merito F L arcum scz 30 gra. 34 minutorū latus cōmune B F bāsim trianguli minoris 20 scz gra. F D autē bāsim majoris 30 gra. & 20 m̄ cōtinente pronuntiat⁹. Idem operandi modus in trigono fuerit, cui tertium latus maius duobus cōuenientibus sit, semper autē in his maior lateris arcus primū quadranti imponendus, eo quod basi eff⁹ postulat⁹, non aliter hoc modo cum B D agi vñst⁹ est, vbi etiā P pūctus requiri solebat. His itaq⁹ paucis vñuersum primi mobilis opus, seu intellectum abunde consequilicet, quæ tamē nō quod pauca hñt, sed quod preciosa, prudens lector nunq⁹ non admirari, sat scio volet, lam dñctorum forma p̄cedit.


ENVNCTIATVM SECUNDVM

Omnis primi mobilis commoditatis ḡometrica dem̄stratione & ea facillima agnoscere.




Propositio Euclidis 4 libri 6.

VM PLANETARVM A NO^m bisī curfū vna cū primi mobilis vñb⁹ fācillima, nec vñq⁹ anteā producta fidelitate, quantum ego quidem vñdeo, expōsiti finit⁹, supereft⁹ ut eiusdem primi mot⁹ contemplationem pari facilitate producam, clarissimq⁹ demonstratione fir⁹mem, hoc enim vbi fieri, sp̄ro futurum omnino, vt astronomico huic nihil prorsus deesse quicq⁹ queri possit. Ignoravi vero mihi ab omnibus p̄stulo, si hac in parte succinxiōr füero, neq⁹ in nume ram propositionum congetiem, hicut in mathematicis demonstratio nibus vñ venire solet, adduxero, animus liquidem est, rem breuissimis absoluere, quamobrem vna dumtaxat Euclidis inductione contentus ero. Quod si primi motoris tractationem ingredi penitus tent̄, v̄e reor ne plerisq⁹ ingrati faciam, preferim geometricarum certificatiōnū rudiōribus. Sed quia rem omnibus planam esse volo, paucisimis traditurum subinde pollicear vñco interim Euclidis axiomate prefare conabor, est autem q̄ h̄c Euclidis propositio libri sexti, quæ s̄ habet. Omnim̄ duorum triangulorum quorum anguli vnius angulis alterius sunt æquales, latera a quoq⁹ angulos respiciēta sunt proportionalia. Propositionem illam breuiter, triangulis binis propoſitis, hunc in modum elucidabo. Primus est A B C, Secundus D E F, horum vero amborum anguli inter se omnes cōuenientissimi sint, sicut angulus A angulo D, angulus B angulo E, angulus C angulo F per omnia respondeat. His angulis sibi assimilibus, latera quoq⁹ proportionabilia vñ sint, oportet. Sic enim primi trianguli latus A B cum secundi trianguli latere D E, sicut etiam A C linea cum D F secundi, rursus B C prioris, cum E F posterioris trianguli, siue neq⁹ conuenient. Nec non A B linea habet se ad B C lineam, sicut latus D E ad latus E F. Id quod adhuc magis obuium fuerit tyroni cuiusdam triangulos illos ambo sibi ipsi superpositos imaginant⁹ hoc pacto.




Quid agendū hūc, qui vñs primi mobilis intellectus est
Commoditatē igit̄ motoris primi, quācumq⁹ aliquam rimaturus, ante omnia triangulum quēdam sphäricum rectangulum animo concipiat, vt si cognituras sit, quātum Leonis initium ab ecliptica diſtet, trigonum primō sphäricū formet, ibi autē, quia vicinissima Leonis principio ecliptica est, iuxta Libre intitū, vbi æquinoctiale tranſit, quartā eadē illa arcus G L K conferenda erit, sicut etiā proxima æquatoris quadra literis G Q H. Committenda fuerit. Præterea Leonis initium L litera, G autem principium Libre referente, G L arcus gra. 60° pronuntiandus est, & solis declinatio longissima K H 23 gra. videbet 30 mi. dicenda est, eiusdem cum K H quantitas est angulus L G Q, quilatus K H includit. Scendum vero est, omnē trigonum non pluribus q̄ tribus angulis, tribus laterib⁹ cōstate, è quibus duo, si nota sunt, reliqua quoq⁹ hac ratione constabunt. Palam est ecliptica M K L G & æquinoctialis M H Q G superficies sece per diametrum G N M scindere, angulumq⁹ ob id vñforū mem ab M verius G constitutere, vnde si nunc à litera K rectā in cētrum sphæræ M diducis, rectam similierte ab L in diametru M G, cādem tamen orthogonaliter in puncto N fecantem protrahis, lineas M K & N L æquidistantē cernis. Præterea si perpendicularē demitas à K super basim M H, eam O punctū deferetur, quemadmodū etiam

etiam ex puncto L perpendicularis demissa, superficie M H G in litera P incidet, ita bini trianguli, alter M k O, alter N L P late-rib⁹ angulisp̄ cōproportionabilibus efficiuntur. ¶ Nunc ergo de- clinantis Leonis arcū scz L Q, ut prop̄positū est, inspiciamus, dīcdo, M k finis integer, producit K O, maximas declinationis finum, quid N L, qui finis est arcus G L, creat: Hic iuxta regulā p̄genti, quotiens L P, finum arcus L Q, quem quæsueras, remittet. Etin hunc modū Regimontanæ tabulae primo mobilis def̄erentes, supp̄itate Cōsēquēt̄ reliqua etiam & angulos & latera huius sphä- ricī trigoni, vnde vñiuerā primi mobilis cōmōda lucē accipit̄, inqui- remus. ¶ Ponamus itaq⁹ G L & L Q arcus cognitos, quare angu- lum L G Q, quia ab arcu K H significatur, featur p̄ ergo, inquires N L, qui finis est arcus G L, producit L P, qui finus M k vbi fi regulā imitatus quotum cōtulerit, quanteatē linea K O reperio. Cu- ius arcū vñz K H requirēs, verā totius anguli L G Q capacitatē co- gnoscō. ¶ Esto itaq⁹ arcus G L ignotus, angulus vero G & arcus L Q cogniti, G L itaq⁹ arcū habitus dices, inus anguli G scz K O p̄ducit K M, fini integrati, quid iā L P, qui finus est L Q arcus, pro- fert! Pro regulā operatus modo N L linea quātitate agnoscēs, cu- ius linea arcu sī asūmmas, cū priore pro voto rē absolueris.



¶ Itē G L Q angulus & arcus G Q larcant, quos simili via depre- hensari finis. Arcus ergo G Q H cū vna circuli quarta sit, & 90 gra. cōtineat, inquirendus H nobis arcus est. Qui inveniās & 90 gradibus sublatibus, residuū nobis G Q scz arcū reliquit. Quāt̄ oculari demonstratione rursum afferturū superficies binas, vñantea ima- ginor, veluti Solsticiorū colurus I K H vna cū semidiametro suo M H, & axe I M vñ superficie, siue vt quadrās I L Q cū axe I M & semidiametro M Q alterā cōstituit. Trigonū ergo nūc quāt̄ supra habes I L K literis distinctū, cuius latera duo supponimus esse nobis cognita, sicut L K, quod arcus G L cōplemētū est, & I L, quod la- tus id quoq⁹ arcus L Q cōplemētū est. Quoniam vero arcus Q H cōpleteatur angulū I L K, angulus I querēdus superest, quē codē vt supra angulum G inuenimus, modo offendemus ita. Linea per- pendicularis ex L puncto ducatur super axim I, illa enim in S pū- ctō terminatur, sinuq⁹ arcus I L significat. Aio proinde, S L cōtiner I V sinu arcus L K, quid linus vñiueris, scz M Q li- nea possidet! Et prop̄riō lineam Q T remittit. Cuius linea ar- cus est Q H anguli I quantitatē referens. Vnde si Q H arcū 20 demis, arcus G Q restat, ille qui sequit̄s est. ¶ Quod si G Q prioris trianguli notus statuat⁹, G L vero ignotus, tū L K arcus æque ac L Q superi⁹ indagabit̄, hoc modo. Dicatur M Q, to- tus scz finus Q T proginguit, quid S L: arc⁹ autē K L in quo- zo ostendetur, quo sublatō a 90, arcus L G remanet.




ASTRONOMICVM


CAESAREVM

Sexta demonstratio.
Trigoni prioris lateribus G L & G Q manifestis, L Q latus minus cognitum per alia duo cognoscet, si hac proportione vsus fueris dicens, T Q dat Q M integras, sinum, quid V L promittit? Q H enim & K L arcus iā liquent (complementis corundem aperiatis) in quo L S lineg magnitudine videbis, cuius arcus est I L, cōples metu vero L Q hoc mo quāsūt offert. Ut patet in precedēti figura.


Septima demonstratio.
Refat vñ adhuc primi illius trigoni nondū ventilitū, videlicet G L Q quantus ibi angulus L sit. Illud autē duobus videre modis cebit, primo huiusmodi. Quandoquidē L Q iā patet, cōplementū quoq; suū, quod ad C vñq; se extendit, ei adhiciendū est, sicut etiam arcu L G cōplementū suū, quod ad B vñq; protendit addendū. Dicendū erit ita, Sinus L G arcus, sinū arcus G Q emitit, quid sinus totus caufabitur? Ibi quāprimum quoties B C arcū ostendet eum, qui propositum angulum G L Q includit, similiter angulum I L K angulo G L Q æqualem, tanquam contrapositum. Secundus modus ostensionis est talis, vt si dicatur, sinus arcus L I propingit sinū arcus I K (vterq; enim illorū preficitur) quid sinus integrerit? Appositē iā tractant cetera, arcus Y X occurrit, quantitatē anguli I L K referens. Sic ergo bifariā idē demonstraueris. Cu ius secundae demonstrationis rationē ita intellexeris, si triangulum L I K æquaæ atq; G L Q trigonum imaginis constitui, sphæricāq; illā trapeziam I Y X K, per omnia similem trapezium L K H Q, quapropter eadē via demonstrandi est, Y X seu B C, quā fuit ante in designādo K H arcu, quo demonstrato, angulus sibi oppositus G L Q & I L K, qui dupli via æquales iā reperti sunt, assequit' es.




Accidit interdū qđ triangulus sphæric⁹ rectū angulū nullū habeat, verū latera tria nota. Angulos autē vt cognoscas eiusdē trigoni fieri non potest, nisi eundē in duos subdivis, ita vt quilibet rectū cotineat angulū, quo facto, promptū omnino singulorū angulorū spacia fecundū iā allatā demonstrandi methodum dimeriti. Trifariā ad hac triā gulos nonrectangulos exhiberi potest, aut enim tria, aut duo latera eequalia habens, aut tria simul inæqualia complexus, proponitur. Triā laterum equalium triangulo, qui & quilaterus appellatur proposito, eius vnum aliquod in duō per medius in puncto F seca, arcumq; ex puncto H in F vñq; prodeunt exista, ille enim propositum tibi trigonum in binos rectangulos dirimet, postquod angulos simul & latus illud commune demonstrandi via iam dicta perditces.



Quod si duo habeat adæquata latera triangulus, qualē in sequens figura prefert, tū latus tertium ambob⁹ eequalibus inseretur in duo partite, & hoc in puncto F. Iā si ab H id est, angula lateri huic adierto, arcu I F vñq; protendit, triangulum tibi propositū, ab eodē in duos triangulos rectangulos dispeci animaduertes, quos quidē triangulos, quanti sint, adducta ſape oſſeretur, modo deprehēdes. Sequuntur nūc figurae triangulog, in quib⁹ latus H B lateri H D affimilis ostendit. Tertio triāguli latere, vel maiore vel minore duob⁹ alijs existente,



¶ At si vñ venit latera oblati triāguli omnia eſe ſibi diſſimilia, prīmū eſt, vt triāgū in binos partias rectangulos, quod quam facillime pergas, alii inſuper offendit vñum excoſitau, qui eſt iſiusmodi. Quartam circuli partē, id eſt, quadratē rite cu luis ſemidiāmetris orthogonij expressam plāno ſuper aliquo delineā, cuius centru A, ſemidiāmetrū extrema B C literis inſcribe, Triāgulatus maximū limbo quadratis impone, B D literisq; ſigna. Arcū trianguli mediocrem loca vna extremitate in D verū B extendendo, alterā cu G ſigna. Minū ſtrigulū latus circa B incipiens aduersus D emittit, & B E nomina. Iā ex D in centru A linea rectā diduc, & arcū G D, me diocri triangulatus exhibēt, à D verū C in puncto P terminātum extende. Duo mox puncta G & P alia linea rectā connecte, Linea autē illa ſemidiāmetrū A D per punctū I rectangulariter uidet, G I ſinus rectū arcus propositi ſez G D vocatur. Postea ex puncto E perpedicularē ſuper A B diametrū, eundē in puncto K ſecatē, dimittit, & linea E K ſinū minimi lateris triangulū proposi tivoca. Deinde linea orthogonalē ex puncto P, linea A B ſuper iniīcē, que vñq; in procedit, ſinū arcus B P oſſendit. Hoc in loco animaduerte me di linea imaginary tantummodo loqui, per li neamq; nihil aliud, q; arcus ſinū rectū exiſtimare. Deinceps arcū G D dupla, qui duplitas G P producit. Huius G P ſinū rectum, qui eſt G O require, eundē in linea A B cū literis N M ſigna. ſinū arcus B G linea eſt M G, cui poſte duxeris eequalē N M & G O aequalitātes eſſe. Cum iigitur K E & N P parallēlā ſint, & si per illas alia terria nempe G O transuerſim eſt, ſequitur omnino angulos G Q E & G O P vñq; ſibi pares, ſimil & rectos eſſe, quod ſecundū, efto non accedit, ſufficit tamē eequalis in praefenti eſſe. Nobis nūc p̄missa ex Euclide repetit⁹, ſez Omnitū duos triangulog, quorum anguli vnius angulis alterius ſunt eequalē, latera eequalē angulos respiciens eſſe quoq; proportionalia. Succedet hunc in modū tractatio, vt anguli duo eequalē & recti, latera quoq; proportionalia cōtingent, quales ſunt G O P & G Q R triāguli p̄fentes, qui duo anguli quoniam recti ſunt, angulusq; G Q R amboſ ſunt communis, eft, pater angulū G R Q tertio quoq; G P O eequalē exiſtere. Latus inſuper Q R adhuc innotum, ex regula proportionū inueſtigabim⁹ ſic. Linea G O mōstrarū ſinū O P, quid G Q? quotus regularū ſinū Q R oſſendit quāſitū, que ſi at cū B G adiicis, ad linea nempe K Q, linea K R quantitas deſiderata ā te palā fieri. Deinde ſinū K R & ſinū K N ſingulatim in ſe duc, productā collige, collecti radix quadrata quātitatē lineæ A R oſſedit. Modo si arcū linea A R à 90 demis, arcus H F relinquit, qui ad angulos rectos sphærales ab H in F punctū defertur. R F autē eiusdem ſinus eſt, qui dicitur verū ſinū, que ſi nouiſſe velis, A R ſinū a toto ſubtrahe, residuum ex subtractione R F reſtabit. Postremo arcū B F queremus etiā hoc pacto. Imaginābū nobis lineam L F, ſinū ſez arcus B F protendit, A R autem linea vñq; in F produci, trianguli duo A R K & A F L cōſurgēt. Vnde dicitur A R dat R K quid A F? Regula ſequēti quātitatē lineæ L F in quoq; oſſeretur, cuius item arcus B F ab arcu B D ſub latus F D arcum relinquit. His peractis, prioribus ſex demonſtratiōnū viis vñs, nihil nō ad votum vñq; ſicut ſaltē neceſſarium, hic ple ne aſſequiſtis.




¶ Alterā cādē demonstrationē institutis ſic. Quoties triangulū nō rectāgulū triā cōplici inæqualia latera cōtingit, è quibus latera duo angulū vñus cognita ſunt, tertium vero ignoratū, quale in praefenti triangulo A B C, latus ignoratur C B, cōſtant autē A B & A C, proinde tertium C B quoq; habiturus ſic age. Principio arcū B D, cū qui ad angulos rectos sphærales ſuper arcū A C D G in puncto N II D incidit


Alia demonstratio strandivia,

ASTRONOMICVM

Dividit require, hoc autem ad miniculum demonstrationis primae fiet, arcu namque L Q. et equiparatur omnino, B D iam intellecto, C D quoq; arcus erit indagandus hoc modo. Demonstratio quarta ostendit latus A D trianguli A B D, quo habito, id quod ex hypothese priori cōpertum est A C ab A D demes, residuus autem arcus C D erit, ita nouum triangulum B D C cōstituisti, qui rectangulus in puncto D est, duobus ergo lateribus cōpertis, tertium quoq; hypothesen sc̄ est, ita offendit. Si C D basim esse existimas, D B autem catherum, C B ita offendit. Si C D basim esse existimas, D B autem catherum, hypothesen C B cōdem modo quo in quinta G L arcum inuenisti, demonstratione cognoscet, veluti clarissimè exponit figura subiecta,



Adua alia via eundem triangulum condere licet, veluti si arcum A C maximum basi imponas, ut in lequeri figura appetat, hinc enim arcus B D orthogonaliter A C cadit, quod vbi fit, prima cum demonstratione arcum B D iusta, cum quarta vero basim A D, postmodum A D subtrahe ab arcu A C, & relinqueret D C, latus quoq; cognitum. Iaruris triangulum habes B D C, cuius latera B D & DC sc̄iuntur, tertium ut noscas restat, sed hoc quinta demonstratio per arcum G L docet. Hæc itaq; licet pauca sint, sufficiētia tamen ad omnes totius primi mobilis vñs intelligendos fore non diffide.



SEQ VVNT VR NVNC OBSERVA TIONES COMETA RVM quinque.



OMETARVM EXEMPLIS vñs, oportune facturum si a priorib; non discessero. Vñs ergo Cometas quinq; temporib; CAROLI & FERDINANDI Cæsarum ferè cōtinuus, pro institutione in præsens afferre non absolu mihi perfudeo. Atqui hæc nostra exemplificatio nō tam ob instrumentum solum plenè exequendum studiosiori amplectenda erit, quā propter cometā, si licet ita loqui, stellæ effentia perdīscendā, & maxime caudā obseruādam, qua de, neq; Philosophos, neq; Historicos, neq; Astrologos hunc vñs in probatoria saltē attulisse cōstat, vt taceā interim cōceptatio- nis modū, quē similiter à nemine vñq; priore ostēsum legimus traditūa, vnde nobis liqueret quo pacto & verutatisindagatorib; celestes motū cōfūsūt, quē intēm negligēt, prob dolor deplorāndā quis non videt! Sed esto nō arduū sit, quomodo cauda à Solis radis generetur cognoscere, nihilominus tamē cōsultum indicare videtur, quo pacto & ipse meteoroscopii auxilio id ipsum vñg esse cōpererit, & hoc ideo,

CAESAREVM

vt posteris quoq; si quādō post vñs postularit aliqua qua cometas huc iulmodi obseruent (quoniam hæcēnus, vñ pace omnium dixerim, nulla vel per quam exiguā fuit) ratio extet. Vñg hoc nomine nō omnia cōmetae genera inclusisse volo, quoq; aliis radios circumcrea emittentes criniti appellant, alii caudas in terrā vñq; demittunt, qualis anno 1472 apparuit, cuius nō pauci adhuc memores reperiuntur senes, pauonis caudāvocantes quoniam nō fecerūt lumen ineditum, terre caudam defixerat. Alii alio modo caudas radios proincent, super quib; à philosophis iā olim abundē disertum est. Quo autē modo sequentes Cometes quinq; caudas secundum Solem instituerint, demōstrandū assūplimū, idq; sufficiente ex meteoroscopio presenti, quā quidem probatiōnis viam aliās quoq; per numeros docuisse nos palā est. Præterea hac institutione vñs, licet non vna, fed multipli ratione idem ostendat vel demonstret, contentus tamē erit simplici inductionis exēplo, quo & cetera per se non difficulter nouerit, breuitate enim omnia comprehendere non est.


COMETARVM PRIMVS

anno 1533 luxit, eo quo Augustæ comitia per Cæsares Cæstorum & Ferdinandum celebrata sunt, à die 6 Augusti vñq; ad 23 mensis eiusdem, cuius quo pacto obserua- tionem instituerim, nunc capitulis con- sequenter 16 aperiam.

DE OBSERVATIONE PRIMVM IN stituta adornataq; Caput Primum.




TELLA A iā diebus aliquot conspecta, īmō tertium decimum Augulti diem iā occupante de eius contem- platione cogitare sollicitus cepi. Hic autē fixū Bootis astrum cum prop̄ circum verticale cōsistere cer- nerem, eo præsterni tempore, quo Cometae eviden- tissime post Solem occulūtū luceret, nimurūm ho. 8 mi. 20 post meridiū, illico animū ad aliud transtuli. Sed obvi- cier aliquis fors me citra ratione sollicitatum, obseruare enim come- tam. Torqueti opera facilissimū fuisse, bene quidē, & fateor, sicut etiam subsequens Torqueti declaratio patefacit. Vñg sic agenti mihi neu- tiquā caudæ ratio inuestigari potuist, quare eo quē enīmo modo procedi a me debuit, per quē præter illud mobilis quoq; primi vñs ostēdi potuerunt, id quod nō minus quā aliud laborauit sedulo. Primum ergo Bootis stellæ longitudo latitudiōq; requirebantur, quoq; primum Alfonsi esse restabat 14 gra. 8 m. 2, secundum 31 gr. 30 m. septentrionale. Post hac ex tabulis eiusdem Alfonsi Augi in stellarum fixarum motus, qui & medius octauæ sphæræ motus dici potest, excep- pendus erat, huiusmodi autē à tempore Christi vñq; apparitionis ho- peragrasse videbatur 5° gr. 11 m. 16 z. 39. Postea accessus re- celulō cursum, qui & octauæ sphæræ Argumentum vocatur, collegi- mus, qui erat 5° 2 gr. 18 mi. 9 z. 8. Quē quidē motum deinceps in meteoroscopii limbo a litera C versus B requiritum, in puncto E finiri cōperimus. Filo deinde super lineā A B teno, margaritaq; in 9 gra. eiusdē lineę fixa, cum H litera expressimus, 9 enim illi gra, cir- culi trepidati semidiametrū refutem. Filo rursus per punctum E ex- tenso, margarita in area punctum F, vñi gr. 8 mi. 48 cernuntur, attin- gere inuenio. Hæc autē 8 ut sphæræ æquatio fuerat, quæ medio eiusdem sphæræ motui adiecta, augē cōmūnem, quæ est 5° 0 gr. 20 m. 5 procreat, rotidē enim gra. & stellarum errantium auges, inertans- tiūm loca à tempore Christi vñq; ad observationis diem variata sunt, Eadem ratione, motus à Christo ad Alfonsum quoq; perquirens me- dium octauæ sphæræ motum 5° 0 gr. 9 mi. 11 z. 38 offendit. At- gumētum autem 8 sphæræ 5° 2 gr. 3 mi. 34 z. 4, exequitionem eiusdē, gra. 8 mi. 4, quē medio motui adiecta, augem cōmūnem 5° 0 gr. 17 mi. 14 creat, tot enim stellarum fixarum loca, planetarum auges à Christo vñq; in Alfonso tempera promouerunt. Ultimo augē minorem à maiori subtrahenti gr. 2 mi. 51 relinquentur, quod qui- dem residuum augium & stellarū fixarum progressus ab Alfonso vñq; ad observationis tempus indicat, iccirco illud longitudini Bootis addi- tum, verum stellæ ipsius locum, Cometae tempore, gra. sc̄z 16 mi. 59 2 m. representat.



ASTRONOMICVM


BOOTIS DECLINATIO EIVSQVE ascensio recta seu cognita sit, Caput Secundum.

PRINCIPIO ergo quantitas anguli illius, qui iuxta librum principium per eclipticam & circulum maiorem Bootem stellam transeuntem, causatur (is qui in figura sequenti per lineam A D representatur) inuestiganda fuit, hoc modo. Stellae Bootis longitudine in meteoroscopia ab A versus C accepta, gra. 16 mi. 59 cum puncto G expressa est, a puncto G sursum B versus latitudo quoque gra. 31 mi. 30 numerata, cu[m] p[ro]posito signabatur. Super F deinde filum cum margarita tensum in punto E limbum secare cernebat. Arcus autem inter C & E situs, anguli propositi quantitatibus, quae est gra. 64 mi. 34 ostendit. Filo iam denuo una cum margarita super lineam A B extenso, distans Bootis a principio librae quae est gra. 35 ostendit. Nunc solis declinationem maximam gra. 23 mi. 30 ab angulo prius inuenito dementi, relinquuntur gra. 41 mi. 4, querenda in limbo a C usque in I. Posthac si filum per I ductum est, declinatio quæ sit in area indicat a margarita iuxta L punctum, quae gra. 22 mi. 22 est. Basis autem A K cotinet gra. 28 mi. 8 inter rectas, & librae & Bootis ascensionem comprehensa, quæ ascensioni libra adiecta, ascensionem quoque Bootis rectam fecit 208 gra. 8 mi. produnt.



ALITVDO BOOTIS SVPRA HORIZONTEM in circulo verticali. Item ascensio recta occidentis & medii celi, quo tempore Cometa circulum verticalē attingeret, veluti depræhensæ sint. Caput Tertium.

Otis post intellectam declinationem, poli Ingolstadiensis altitudine, vix 48 gra. mi. 40 in limbo meteoroscopij à C versus B numerata est, finie E litera apposita, per eandem mox filum transfilum, declinationem Bootis in Area contingebat, quod factum est in puncto F cum margarita superadducta. Rursus iam filo linea A B supertento, margarita 30 gra. 35 mi. quo suple Bootes supra horizontem extat, quando circulum verticalē in orientis sue in occidentis parte cōtrectat, ostendit. Bafis vero inter A & G distrem dat ascensionem rectarum, tum Bootis, tum æquatoris occidui, quale est gra. 21 mi. 18, que dempta ascensioni Bootis recta, æquatoris gra. qui horum item contingit, Bootis verticalē occiduum contingente demonstrat, quæ sit 180 cum minutis 50. His posfremo adiecti gradus 90, ascensionem medii celi rectam, gradus nempe 270 mi 50 constituant,




QVOMODO GRADVS MEDII COELI in Zodiaco, eiusq[ue] tum declinatio, tum altitudo supra Horizontem, deprehensa sint. Caput Quartum.

Andoque æquatoris gradus ille qui est ascensio recta medii celi (sicilicet 270 mi. 50, in quarta æquinoctialis quadra reperitur, eosdem gra. & mi. à 300 subducere oportet, refidum postea, quod est gra. 83 mi. 10 in meteoroscopij basi ab A contra C eundo numerandum, literaque G signandum, per maximamq[ue] Solis declinationem in limbo reportam filum tendendum. Mox a G sursum ad


CAESAREVM

sili vñq[ue] intersectionem, & arcus numeranti gradus 23 mi 21 occurunt, declinatio scz puncti ecliptici celi medium contingens. Inter sectionem huic sili scz & arcus G B margarita admouenda, filumq[ue] super lineam A B inducendum, quo facto margarita gra. 83 mi. 44 ostendit, quos gra. & mi. contra signorum ordinem ab Aries principio summi, sextus 29 gra. & sedecimum minutum offerunt, mediæ celi in Zodiaco locus. Declinationem vero, id est, 23 gra. 21 mi. subtractis, æquinoctialis altitudini & hoc Ingolstadianæ (signum enim Capricornus meridionale est) gra. scilicet 4 mi. 20, residuum quod est graduum 17 mi. 59 altitudinem esse meridianam, quæ est 6 gra. 16 mi. 29, cognosco.



ANGVLVS VT SIT REPERTVS, ille quem meridianus cum ecliptica constituit, in parte boreali orientis, cometa circulum verticalē obtinente, Caput Quintum.


Distantia gradus mediæ celi æquatoris & eclipticæ ab Aries principio, item declinatione mediæ celi ex prioribus agnitis, facile erat angulum quoque, qualis est propositus, inuenire. Requerunt enim declinatio in eam quæ est gradum 23 mi. 21 in basi meteoroscopij & cum G litera que sitam notant, indeq[ue] sursum B versus arcum imaginanti, nec non in codem arcu distantiam mediæ celi in æquatore ab Aries principio gra: vide licet 83 mi. 10 numeranti, & cum F litera signanti, deindeq[ue] filum super lineam A B, & margarita super 83 mi. 44 (que sunt distantia mediæ celi in Zodiaco ab Aries principio) inducenti. Et postea filum ab B versus C donec nivio punctum F tenet promouent, filum in limbo anguli propositi quantitatibus, & hoc per arcum C E, gradus nimis 87 mi. 17 demonstrat. Hunc angulum nihil opus erat quevisse, sed illi contrapositum meridionalem scilicet occidentalem, quia tamen facili inuenienti ratio supponeret, hunc præsentem, iccirco eundem demonstrare potius volui. Pro eo tamen contraposito in ceteris vñrur, ratio siquidem contrapositorum eadem est.



DE GRADV ECLIPTICE OCCIDVO, eiusq[ue] à vero occatu discrimine, alius amplitudine dicto, insuper de 90 mo ab ascidente gradu, uno eodemq[ue] operatio[n]is negatio reperiendis. Caput Sextum.


N hac inuentione opus erat iterū, veluti in superioribus, aliqua trianguli cuiusdam efformatione A B G dicendi cutis vñlatus A G altitudo gra. mediæ celi supra horizontem gra. cotinet 17 mi 59 manifestum ex 4. Capite erat, angulus etiam F A G ex proximo 87 mi 17 constans. Proinde totidem in limbo meteoroscopij numerans cu[m] puncto M no tabam. Filum deinde per punctū illud transactū ita inuariatū retinebam, hinc ab A versus C, 17 gr. 59 m[od]cupans, cu[m] G signo inscrib[er]ebā, vnde sursum B versus areæ gra. dinumerans ad sectionē vñq[ue] filii iuxta F literam gradus 81 mi. 15 reperi, eadem rursus à contacterū meridiani, & horizontis in parte australi occasum verius repetens punctum occiduum ecliptice in ipso horizonte constitutum cognoui. Vnde totidē gra. à 90 dementi, occasus spatiū sue amplitudo gr. 8 mi. 45 restare vñnt, gr. videlicet eclipticæ & m[od] à vero occatu meridiem verius distantiā. Inde ybi margarita fili & arcus G B segmentum scindet, filum autem in lineam A B rursus porrigeretur, tum ab vñione gradus 81 minuta 40 indicari cognita sunt, quem numerum resumens à celi medio inchoans in Zodiaco ordinem

N III signorum



ASTRONOMICVM


signorum contra recte in gra. 14 mi. 36 $\frac{1}{2}$ deueni. Cui summae
90 insuper gradus adiiciens iterum in Zodiaco ad 14 gra. 36 mi.
90 delatus sum, locum eum quem scire institueram.



DE CONSEQUVTA ANGVL VITI QVANTI

tate illius, qui in 14 to gra. & 36 mi. sit, sicut ex aduerso in
ariete, nihilq; aliud quam 90 mi. gradus ab ascendentē alti-
tudinem exhibet. Caput Septimum.


Vm constaret ex premis illis arcus ille quantum fo-
ret per punctū eclipticā occiduo & interlectione, tum
meridianū tū horizontis ex parte australi, cundē in me-
teoroscopio illico resumpsi, erat autē gra. 81 m. 15 $\frac{1}{2}$
ab A cōtra C eundo, resumptumq; G litera in
scrispi, a litera G sursum versus B. Denū altitudi-
nem eclipticā meridianā, quae fuit gr. 17 m. 59 nu-
merauit, finemq; numeri hui? F litera insigniū, per punctū deinde F
filum directū in limbo B C indicate punctū k videbatur, distas à
filum C. gr. 18 mi. 16, hac est autē altitudo 90 m. gra. supra horizo-
nem includens angulum eclipticā & horizontis, tā orientis quā occide-
tis parte. Licer autē alia quoq; via angulus iste haberi quaat, breuita-
ti tamē confulens plura agere nolo, nihil enim dubito quin per
& reliquos demonstrandi modos ex hiis facile consequaris.



DE DECLINATIONE GRADVS ECLIPTICI

ci descendē, per intervallū sui occasus reperta, Caput Octauū

Ntervalū siue amplitudinē gra. ecliptici illius qui oc-
cidebat obseruationis nostra tempore caput sextū de-
clarauit, gra. vcz 8 m. 45 meridionalē fuisse. Hac
numerata ab A versus B cum L litera margarita
tagi connecto, ab hoc autē altitudinē æquatoris In-
golstadiani que in limbo gra. 41 m. 20 habuit, cō-
spicio. Per eū vero locum filo transmissio uno iuxta
punctum F gra. 5 m. 45 qualiter vcz puncti declinationē arguit.
His igitur paucis prælibatū volo quo methodo ad Cometa obserua-
tionē instruct⁹ accesserim. ¶ Nūc quomodo cū Cometa ipso trāsege-
rim cognoscetur. Obseruatione autē prima nobis p̄acta est 13 Augusti
die, hora 8, m. 22 ferè pomeridianis, nō ita multo post Solis occulū,



DE OBSERVATIONE NVNC CO- metæ ipsius primi Caput Nonum.

Ato iā Solis occasu cū cometa verticali circulo vide-
retur esse propinquior, instrumentū capiens vocatū
planimetrum, primo Bootē cōtueri cepi, vtrum vcz
is in verticali circulo esset, nec ne. Vez cum ille exas-
tē verticalē tenere appareret, regulamētū idē Co-
metā versus dirigēs, cūlē A zīmuth ab occasu altitu-
dimq; suprahorizontē exquirere studui. Quo pera-
cto, caudā quoq; codē instrumēto suspicēs in eius extremitate punctū
quoddā imaginabar, simulac cōtēplande quātum ab occasu differet
septentrionalior, quātā p̄ ei⁹ effet supra horizontē eleuiatio. Hec autē to-
tū mea obseruationis ratio erat, ex qua ea quae sequitur sc̄le obtulētur.


- ¶ Altitudo Cometa supra horizontem gra. 7 mi. 56
- ¶ Azimuth Cometa ab occasu versus Sept̄ gra. 49 mi. 26
- ¶ Altitudo Extremitatis caudæ supra horizontem gra. 20 m. 3
- ¶ Azimuth extremitatis caudæ occidētale & septentrionale ē 59

CAESAREVM

Fateor tamen interim me ante Solis ortum non coherēa hunc cōside-
rare, atque hoc ideo, quod 13 iam die mensis Auguſti/ quo primum
a me obseruaretur, non amplius matutinum ante ortum viſus sit, qua-
lis a principio soluit. Occultationis autem causa in sequentibus pla-
nissime disceſt, idcirco prius consilium sequutus singulas obserua-
tions partes capitām recensere malo.


QVOMODO DISTANTIA COMETÆ à puncto occidētali eclipticæ, nec non angulus ab hoc arcu in horizonte causatus principio inquisita sint. Caput Decimū

Extum Caput demonſtravit obseruationis hora 14
gra. 36 mi. ē occidentem occupasse, à quo pun-
cto distare Cometæ verē deprehensurus, ad interua-
lum gradus occidentis quod fuit 8 gra. 45 mi. Azimuth
Cometæ 49 gr. 26 mi. iungo, summagq;
gra. 58 mi. 11 constitutam, post in meteoroloco
p̄io ab A versus C reputatam cū G litera nota,
à quo procedens seorsum B accedēdo per 7 gra. 56 mi. id quod
Cometæ altitudi fuerat per literam F signo. Per eam vero literam
dimitissum filum, sectionem eiusdem in limbo iuxta E obseruo, mar-
garitamq; in F colloco. Postrem filum in A B linea donec H
punctum vno teneat, promouens, punctum illud H distantiam Co-
metæ verē ab occasus puncto referre pronuntio. Quantitatē simili-
te anguli accipiens eā, quā arcus ille diffatū modo reperta cū horizo-
ne creat, arcum limbi G E cōsiderās gra, illius 9 m. 19 esse cōspicio.



DE VERO COMETAB LOCO IN ECLI- PTE secundum lōgitudinem cōstituti, Similiter de latitudine eiusdem cognitis. Caput 11.

R. acedē caput angulū indagauit eū quē arcus inter
cometā & gra. eclipticā occidētali cōstistēs vna cū fini-
tore efficit, gra. vcz 9 m. 19. Septimo etiā ostēs est
angulus eclipticā & horizontis, nempe ē 18 m. 16.
Quos ambos nūc cōnectenti summa gr. 27 m. 35 con-
surgit. Hac summa in meteoroloci limbo iterans à
Cordiendo ad E procedēdo, per idē E filū tendo, margarita vero cū
prius iā in linea A B diffatā cometā gr. 58 m. 3 teneat, eadē in pun-
cto F gr. 23 m. 15 diffatā cometā ab ecliptica, qua & latitudo dicatur
borealis, docet. Eodē in circulo ad G vñq; descedēs inter A & G 63 ē
51 mi offendo, quae diffatā est cometā à 14 gr. 36 mi. ē. Quos gra.
& m̄ in Zodiaco successum signoz cōtra numero 19 leonis gra.
m. 15 incidēs, vez eum Cometa locū in ecliptica esse pronuntio. At
hoc interpretādū est secundū viſus nostri linēa, aspectus enim diuerſi-
tas quanta cauſetur breuitatis huiusmodi non est in preſens dicuteſt.




DE COMETAE DECLINATIONE ascensione recta obtentis. Caput 12

Bſeruatione prima docuit, velut Cometa 49 ē 26 m.
Azimuth ab occasu septentrionem versus diffiterit.
In altitudine vero gr. 7 mi. 56. Ideo 49 gr. 26 m.
ab A contra C numeranda erant, horumq; finis
cum G signandus. Iterum autem à G versus B
ascendenti per gradus 7 m. 56 litera F ponenda
fuit, huicq; filum cum margarita recte ordinata super inducendum,
qua extenso in limbo quantitatem anguli horizontis & ortus à
cometa ad occasum æquinoctialis ducti ostenderat, hoc est, gra. 10
mi. 27. Post hac filo in A B posito margarita gr. 49 mi. 54 in
puncto


ASTRONOMICVM

puncto H, quantum scz Cometa ab occasu & equatoris elongaret innuerat. Angulo paulo ante reperto, nunc & equatoris angulus & horizontis in meridiano nostro Ingolstadiensi confertus, qui gradus habebat 41 mi. 20, producere gradus 51 mi. 44 videbatur, totalem scz angulum, quo cum declinatio & ascensio Cometa recta sic inventa est. Quantitate anguli integrum sine totalis a C versus B in limbo quæstus. E litera scripta est, mox filo in A linea reposito margarita super 49 gr. & mi. 54 illata est. Tertium filo per tracto, margarita decli. 36 58 m iuxta F in instrumento area pro dederat. Deinceps a G in A vñp denumeranti gr. 36 mi. 170 c curterant, interuersi puncti recte alcedentis cometæ, puncti equitatis defidentis. Superius autem ostendit eo, quomodo scz 186 50 mi. præcise occafum tenuerant, ecce circa iam 36 gr. 17 mi. ab eis subduco, quorum residuum gr. 150 mi. 33 ascensio cometæ recta dicitur. Tantum ergo requirebatur cognitionis ad cometam motum perscrutandum, ex quibus vñl liquebat caudam cometæ a Sole generatam & vmbra modo (qualsis reuera fuit) Solen subinde assuequitam. Quam rem, vt sim verius consequitur sequenter audies,



DE AZIMUTH ET ALTITUDINE caudæ animaduersa. Caput 13.

Coniectura iam prævalente caudæ a Sole vmbra modo generari, cōmittere non potui, quin illud exactius ad huc peruididerem, proinde huiusmodi proposito aggreffus hoecsum. In caude extremo punctū eligens, eius illico extantiam supra horizontem collegi, gradus ut ante 20 m 3, similiter azimuth eisdem, quod erat septentrionale 56 graduum. Occafus iā spaciū sine amplitudinem 14 ti gradus 36 mi. 58 brac coniungit. 64 mi. 45 orta sunt. Ea deinde graduum minitorumq; summa in meteoroscopio ab A contra C quæstus, puncto G signata est. Iam sursum a G numerans gra. 20 mi. 3 altitudinem scz cum F notabā. Postremo filum per F erectum in limbo gr. 21 m 31 in puncto E absidit, que quidem est capacitas angul ab horizonte & circulo qui ab extrema cauda in occasum 14 ti gradus minutis 36 58 ducitur, caufari. Margarita post in eodem F statuta, filoq; super lineam A B promoto, vno gra. 69 mi. 10 in puncto H per lineam A F significato demonstrat, semper enim lineae A F quantitas discenda est in linea A B, veluti ad nauseam ferè hacten inculcatum est;




DE VERO CAUDÆ EXTREMITA tis loco, eo quæ in ecliptica possederit, dec̄p; ciudem ab eclipticâ distantiâ reperta. Caput 14,

Angulo proximè inuenito gradibus videlicet 21 mi. 31, alter ex capite 7 cognitus committitur angulus, qui idem graduum est 18 mi. 16, ex combinacione istiusmodi superant gradus 39 mi. 47. Per que verum extrematis caudæ locum, latitudinemq; sic exquirro. Filum vñl cum margarita interclusu huic, quod extremitas caudæ cu occafus puncto fecit gradus 26 scz. 69 mi. 10 in A B impones, idē in limbo super gra. 39 mi. 47 angulo


CAESAREVM

47 angulo integro seu totali protraho, & vno pūctum in area tenet, quod extrematis saepe dictæ latitudinem respectu eclipticæ, gradu nemp̄ 36 mi. 44 cōmonstrat. G vero sibi F acceptū, ab A cōputant in G vñp representat veram extreñq; caudæ computatā distantiā, videlicet gr. 40 mi. 47 in ecliptica a gr. 14 m 36 58, tōdī gr. & mi. contraria lignorū ordinē numerari, & hoc a. 14 gra. 36 m 58 incipit, verus extrematis locus in gr. 10 m 57 58 incidit,




QVOMODO POSTREMVM ET CER tissimœ caudæ cometæ a Sole generatâ repertū sit. Caput. 15.

E quo Cometæ per me obseruabatur die 13. nimirū Augusti Sol 29 a. gr. vicesimiq; minutū incoluit, hic quod Solis theoricā tū perducit. Verus etiā Cō meta locus ē capite 11. cognitus effeffe 19 a. gr. & mi. 15, ita quod Solis & Cometæ discrimē 10 gr. & 5 mi. fuerit ad amissim, Ad hanc præcedens caput locū caudæ extremæ gr. Leonis 10 a. mi. 57 te nūc cōmonstrauit, vnde & illud liquet, quod caudæ extremitas a vñero Cometæ loco non nisi 8 gr. & 18 mi. abfuerit. Hoc confitibus arcū q; à Sole per cometæ mediū transiret imaginabat, arcū itē aliū à Sole per Caude extremitatē ductū. Atqui certū erat arcus ambo; à Sole tractus, alterū per corpus Cometæ, alterū per extremitas caude euntē, eosū effeffe, cū angulos pares cū eclipticæ iuxta Solis gradum efficiat, ex quo sequitur rursus lineā rectā, quæ a Sole per cometā educitur, vel educi cōcipitur, cādē per caudæ mediū lōgitudinaliter, vt sic loquar, transire oportere, quod siest, vt est, cōuincit quoq; caudam à Solis lumine caufari, quā quidē rē penitus hac industria difusus sumus. Numerantes ab A meteoroſcopi versuſ C gr. 10 mi. 5 diſtatiā scz Cometæ à Sole, cādē cū G litera inscripimus. Cometæ latitudinē gr. scz 23 mi. 15 a G sursum versuſ B cōputatē litera I notauius. Per I literā postea duces filū ab eo punctū E ostēdi vñdimus. Post arcum a C contra E contemplanti gr. 67 mi. 49 ofſ ferri cōperimus, quātūtē anguli arcus predicit, illius videlicet, qui à Sole per cometā imaginat̄ & ecliptica cōclūlus est. Hoc facto ab A locū extreñq; caudæ a Sole distantiā, qui est gr. 18 mi. 23 cōpim̄, numerato q; literā L apposim̄. Ab L deinde ascendetē B contra latitudinē extremitatis, qui est gra. 36 mi. 44 accepta F litera insigiuimus. Hinc filū per F emulsum prope limbū in pūcto E fecare vñsum est, præter pauca mi. q; procudlubo instrumenti culpa, obseruatione nimis iniquis peracta, induci potuerunt. Vt siq; gitur analulis illis sibi paribus, omnino necesse fuit arcus quoq; a sole eductus, alterū per Cometā, alterū per caudā eiusdē libi cōuenire, eosdēq; effeffe. Quod si est, oportet lineā a Sole per corpus Cometæ euntē rectā, etiā per cometā caudā secundū longitudinē rectissimē ferri debere, adeo ex hoc omni liberatus sum dubio, mo credere coactus sum, vel inuic̄, caudā à Sole oriri oportere. Post hac autē vñnon punctui I annexets, filū in linea A B promouim̄, quo promoto statim in H puncto margarita Solis & cometæ differentiam, gra. vñl 25 mi. 14 monstrauerat. Postremo vñnonē super F firmatē, in linea A B punctū M, ab A distans gra. 40 mi. 29 extrematis caudæ Solisq; discrimē didicimus. Solis & co: differentia sublata ab 40 gra. & 29 mi. reliquias 15 mi. 15 facti sunt, longitudine cauda totius verissima.



Ultra mirari forsan quis possit, qui facit sit, vt quoniam cauda à Sole sit orta, sursum tamen vergerit, nō autem deorū & terræ incumbens, qua de re, vt etiam radiorū satis fiat imaginem subiungere vt levissim est talem, in qua citra speculationem res oculis subiungit.

ASTRONOMICVM




DE OCCULTATIONE ET APPARITIONE Cometæ. Caput decimumsextum.



AMETSI Cometes 13 augusti die mihi cōspectus sit primo, non defuit tamen quicundem se vidisse sexto septimoq; affirment, verè autem omnibus ab occidente paucis ab oriente visus est, & profecto fieri non potest, quin ita factum sit, licet non omnibus apparuerit, non enim ita multis post ortum suum diebus videri mane desit, ea de causa, quod subinde magis ac magis cosmicum in ortum festinaret. Nam die 18, ut videre in sequentibus est, oritur cum ipso Sole cepit, quo circa propinquor erat iam Soli 13 die quam ut cerni potuerit, ortum parante iam Sole. Inde factum est, ut plerisq; impetratioribus aliis ab eodem cometæ fusile putaretur, quali duo forent, vnius in oriente, alter in occidente, nescientibus tam in ortu quam in occa apparetur posse, non secus atq; stellâ aliam. Id quod etiam Martheo Palmerio Florentino imposuit in croniciis suis alterati binos in Ianuario cometas fulsisse, anno post Christum 729, aliumq; Solem anteisse, alium vero subsequitum, cum reuera non duo, sed unus & idem fuerit, nunc ante nunc post Solem, ea qua dixi ratione, lucens. Sed ad rem, Solcum 29 Leonis gradum possederet, occidet bat hora post meridiem 6 mi. 54, Cometæ vero hora 9 mi. 55, si declinatio eius ascensioq; recta considerentur. Vnde liquet Solem fuisse sub horizonte horis 10 mi. 12, & Cometam horis 4 mi. 10, cuius idcirco ortus hora 2 mi. 10 post noctis medium esse debuit. Cum vero de ortu & occa cometæ loqueror, non subaudias volo, mihi visum per instrumenta eo tempore quo horizontem contingit Cometæ, illud enim abunde declinatio ascensioq; rectaeius semel cognita suggerunt, & si vero per instrumentum id essem conatus, conficeri tamen nequaquam potuisset, quoties enim horizonti propinquior fieret 3 vel 4 gra, interruo, flamma eius extingui omnino videbatur, adeo, ut aliquando in me sub nubila conditum esset, donec admoneret Plinius libro naturalis historiæ 2 capi: 25, Cometas in occasu a celi parte nunquam esse, id est, nunquam apparet. Is enim genuinus Plinius intellectus est, ni fallor, quem cōlibentius ego quoq; admitto, quoniam ita oculis esse compremerim. De visu meteoroscopii nihil amplius agam, sed post finem cometæ, motum quoq; diurnum per meteoroscopium inuenire docebo, sufficiat autem hanc vnam obseruationis methodum ita fuisse, & quasi per membra tradidisse, in sequentibus enim nil preter obseruationes meras per meteoroscopium consequutas proponem. Figura præterea sequentes ostendunt altitudines Cometarum dum taxat, supra horizontem existentem tempore quo Sol occumbit, similiiter quā profundus Sol exitent sub finiture cometæ eundem scandet.

Sententia Plinii de occasu
Cometæ:

SOLIS ET COMETAE ORTVS OCCA susq; qui contingit 13 die Augusti.



CAESAREVM


DECIMO QVARTO AVGUSTI DIE
secunda Cometæ obseruatio peracta est.

- ¶ Altitude Cometæ supra horizontem gra. 8 mi. 29
- ¶ Azimuth Cometæ ab occa versus Sept. gra. 45 mi. 22
- ¶ Altitude extremitatis caudæ gradus 23 mi. 18
- ¶ Azimuth extremitatis caudæ Septentrio. gra. 57 mi. 38

Hæc sequentia ex obseruacione consurgunt.

